Пытать про Губу Моклокова, пропустили ли его къ Волохомъ и бывалъ ли кто послѣ того изъ Волохъ отъ воеводы у вел. кн. Александра, поручено было и отправленному въ мартѣ того же года въ Вильну М. Коростелеву. (А. З. Р. № 192 стр. 241; Сб. Р. Истор. Об. XXXV, № 67 стр. 327).

1501, лѣта 7009 іуля 23 привезена грамота къ Іоанну отъ посла И. Мамонова изъ Крыма:.. И нынѣча, государь, по Велицѣ дни на другой недѣли, въ понедѣльникъ, ко царю пріѣхалъ отъ Стефана волошского съ грамотами гонецъ, Качкомъ зовутъ, а назавтра отъ вел. кн. Александра съ грамотами пріѣхалъ гонецъ... И царь грамоту во-

лошскую и литовскую намъ сказывалъ; и литовского грамата по татарски писана, а волошского по кагонски писана... А волошской въ своей грамотѣ, сказываетъ царь, то къ нему писалъ: князь велики московской тотъ намъ издалека, а литовской къ намъ ближной сусѣдъ; и ты бы съ литовскимъ миръ взялъ... Да сказывалъ намъ царь, что турской салтанъ нынѣча ратенъ съ угорскимъ; въ кою пору лѣтось турской салтанъ ходилъ ратью на Фрязскую землю и взялъ у Фрязъ 3 городки невеликіе, а угорского люди ходили ратью на турского землю, и угорской ихъ посылалъ турского земли воевати; а нынѣча турской самъ наряжаетца на угорского, а съ угорскимъ сослались Фрязове на турского быть заодинъ... И турской сее весны свою рать (вторично) на караманского послалъ. А Фрязове сее весны, сказываютъ, у турского тѣхъ своихъ 2 городка взяли, а людей турского да и заставу (15 катарогъ) побили»... Вернувшійся изъ Польши въ Петрово заговенье посланецъ ханскій Куртка «про угорского сказываетъ, что нынѣча ратенъ съ турскимъ, а волошского, Стефана, сказываетъ, съ угорскимъ и съ полскимъ въ миру, и послы, сказываетъ, межъ ихъ часто ходятъ. А которого своего человѣка волошской присылалъ къ М. Гирею, и царь М. Гирей того Стефанова волошского человѣка отпустилъ съ Четерлика, да и своего человѣка царь къ Стефану послалъ съ его человѣкомъ вмѣстѣ. И намъ царь говорилъ: какъ есмя всѣли на конь, да пошли на своего недруга на литовского, съ дороги есмя волошского человѣка отпустили, и онъ то видѣлъ, каковы съ литовскимъ дружбы хочу.»

Грамотою изъ Крыма кн. Ѳ. Ромодановскій доноситъ Іоанну о сообщеніи хана: «А присылалъ ко мнѣ волошской своего человѣка Качка съ грамотою, чтобы ся мнѣ съ литовскимъ помирити. И язъ волошского человѣка отпустилъ съ Четерлыка, да и своего есмя человѣка послалъ съ нимъ плохово; а приказалъ есмя къ нему: кто о лживомъ приказываетъ, тотъ самъ хочетъ лгать такъ: язъ хочу съ литовскимъ дружбы.»

(Крым. дѣла № 2 л. 813, 816 сл. 820.

№ 106. На коронацію короля Александра (12 дек. 1501 г.) прибыло волошское посольство (Lib. legat. № 1, A f. 8).

Oratio seu peticio oratorum Walachiae Cracoviae perorata immediate post coronationem: Et inprimis congratulatum Regni de ipsius sublimatione in avitum et paternum solium, denique facta commemoratio pristinae et mutuae benivolentiae et amicitiae inter Maj-tem R. dum erat in ducatu et inter ipsum, quis integre et sincere sit ser-

vata Unde presumebat et nunc duraturam et quod federa et inscriptiones inter ipsum et Regnum tanto integrius et solidius permanebunt et utrinque custodientur.—Item facta fuit excusatio non missorum oratorum pro coronatione quod tardius dies coronationis fuerat sibi intimata.—Item petitum tandem ut Schandro nuncius suus quem destinant in Moskoviam, permitteretur libere et quod non aliud legacio sua contineret nisi quod vellet persuadere Moskovitum ut inceptum bellum cum Maj-te Sua deponeret et se coniungeret principibus christianis contra infideles. Et si obtemperare nollet, vellet Valachus juvare Mtem Regiam contra ipsum. Item ut diceret pro nepote suo quem cum post se prefecerat ducem, deiceret tandem ex ea spe.—Item ut Moskoviensis orator permitteretur redire. Item si Mtas R. non crederet premissis, voluit woyevoda ut legatio sua in Moskoviam exhiberetur Mti Suae scripto per dictum ipsius nuncium.—Continebat etiam eadem petitio ut redeuntem suum nuncium etiam cum nuntio Moskoviense permitteret R. M. libere. Item quod in Regno profugi ipsius non seruarentur et quod vel restituerentur vel pellerentur extra.—Item comemorati sunt de finibus inter Regnum et dominium ipsius a Bucouina et mencio facta legacionis domini Roze archie-pi et quod promiserat quod in illa parte terrae non debebant locari homines usque ad limitacionis perfectionem et quod tempus huius limitacionis fuit positum pro festo sancti Michaelis preterito. Item alius nuncius d. Iordan idem confirmauerat quia tamen hactenus nichil de limitacione factum sit. Saltem petebant aliud tempus vel scilicet pro festo S. Petri et Pauli ap-lorum vel pro die Natiuitatis Mariae. Item avisarunt Regem dicti oratores quomodo Turcus per suos internuncios laborat reducere Tartaros przecopenses et zawolhenses ad concordiam et quod concordia eorum utrique dominio deberet... dampn-a Item obtulerunt voieuodam premissurum oratorem Regium ad Turcum libere si dictos suos nuncios permitteret Moskoviam solum quod aliis verbis uterentur quam dominus Lanczkorunsky. Intimauit etiam pro novitate quod Turcus parat validum et talem qualemcunque exercitum terra et mari pro anno veniente et quod nunc miserit unum Basscham cum exercitu ad fines Hungarie ut prelium posset cum hungaris conserere et quod ipsum speraret futurum in proximo.

Ad respondendum premissis decreti sunt oratores dominus Nicolaus de Camyenicz cast-nus Sandomiriensis et capt-neus Cracoviensis Iohannes de Bochothnycza et Joannes Cromzky decanus Leopoliensis:

Eorundem Walachica legacio:

Comemorati sunt nuncii tui legationem quam habuit Mtas R. apud te per dominum Petrum capitaneum haliciensem nunciando tibi electionem de se factam et diem sue coronationis et congratulabantur de assumptione R. in solium paternum De quo Mtas R. prout per oratores tuos habuit tibi gracias et nunc per nos agit vult omni gratitudine et benivolentiae rependere.

Ibidem fuerunt comemorati amiciciam que erat inter Mtem R. ad te dum adhuc Mtas R. fuerat duntaxat dux Lithuanie, quod etiam Mtas Regia libenter audiuit et recognoscit ita fuisse, crediditque Mtas R. quod multo firmior fieri debuerat huiusmodi mutua benivolentia inter ipsius Mtem et te postquam intellexit te huic sue sublimacioni favisse et non solum votum suum per nuncios suos pro Mte sua dedisse sed etiam consiliariis Regni ibidem persuasisse. —Sed longe aliter persuadere videntur Mti suae ea que mox post electionem (huius) in dampnum Regni et contemptum Mtis sue per te facta sunt, qui submissis gentibus tuis in Regnum longe lateque predatus, non solum peccora et peccudos et cetera bona subditorum Mtis ipsius, sed ipsos etiam subditos in terram tuam abegisti, impulsisti et induxisti more non solum hostili sed etiam paganico, non modo contra officium benivolentiae mutuae, verumeciam contra pacta et inscriptiones inter Regnum et te factas ac jurejurando firmatas. — Quod quia merito cogere debuit et cogit Mtem Regiam dubitare de pristina illa et mutua benivolentia tum etiam propter multos alios respectus visum est Mti sue non debere neque licere, ut nuncium tuum in Moskouiam permisisset et presertim quod et cum duce Moskoviae aperte bellum gerat et per hoc inicia de te dubitare cogebatur.—Itaque ut Mtas R. de tua erga se voluntate cercior fieri posset, misit nos ad te ut certo informati et Mtem suam informare possemus quid certo apud se constituere posset de tua erga se voluntate que suspecta esse cepit Mti sue per ea facta tua que diximus, que neque amiciciam pristinam continere neque benivolenciam nutrire possunt et que non modo amicus amico, sed neque frater fratri indulgere vel saltem equo animo ferre deberet aut posset.

Item quia intimasti nobis quomodo infideles soliciti sunt de reconciliatione inter se discordantium et de reductione Tartarorum in mutuam amiciciam ut vires suas consolidarent et eo forcius christianos opprimerent, censet Mtas R. id ipsum christianis faciendum fore et quidem necessario ut depositis simultatibus intestinis, concordibus animis mutua que et firma intelligentia habita et huiusmodi hostibus se tutius opponere et rebus suis vicissim salubrius consulere

et subvenire possent, Quod precipue pernecessarium esse arbitratur Mtas R. et Sue Mti et tibi tanquam vicinis et fere in infidelium faucibus positis quibus sicut (multe) periculosius discordia, ita (multe) salubrius concordia esse potest, De qua ubi certo Mtas experiri posset non solum parata est nuncios permittere quo volueris, verum totis viribus mutuis necessitatibus subvenire et adesse. Quapropter si cupis R. Mtem de tua erga se benivolentia certam fore et omnem dubietatem ex animo tollere, opus est ut quod de terris Mtis sue per tuos homines receptum est inprimis restituas et reintegres cum effectu. Quod ubi Mtas Regia cognoverit et pristinam illam benivolenciam erga te prosequitur et mutuis actionibus se utiliter accomodabit, et si quae difficultates suborte inter Regnum et te essent, prout justicia et Regni et tua exiget, complanare studebit.

Ad partem dicenda post orationem.

Intimabitur Voiewode quod Tartari Zawolhenses venerunt pro auxilio R. Mtis et suorum amicorum et quod si cupit in amicicia Regia conservari, non permittat eos molestari et impedire quoquomodo.—Item persuadendum erit voievode in colloquiis specialibus ut curaret reconciliare sibi polonos et relinquere eos amicos filio suo quorum amicicia fuit sibi semper tuta et secura et contra omnes inimicos utilis et pernecessaria.—Item postquam faciet mencionem de limitibus inter terras faciendis, referat se dominus orator ad limites antiquos et secundum quos possidebatur ab utraque parte, de quibus etiam inscriptiones intelliguntur et si petet illos, quos et per oratores suos solet, dicatur sibi quod id indebite petit et contra omnem rei evidenciam et ipsius et omnium hominum sciencia quo non bene convenit amicicie mutue conservande (immo) est querere occasionem recedendi ab amicicia et facere se inimicum. Et sciat dominus orator quod limites antiqui et veri fuerunt et sunt circa Colaczino. Item ubi opus esset mittere ad revidendes limites (huiusmodi) et de termino esset questio, recipiatur dies Natiuitatis Marie quem hic solus obtulit per suos oratores.

Item dubitavit dominus orator si woievoda debet assecurrari statim de permissione ipsius nuncii in Moskowiam postquam restituet recepta et promittet nobis assistere et favere. Responsum—quod non prius quam promissa inscriptionibus confirmabit novis.

Item debet fieri minuta apud d-num oratorem secundum quam facere deberet woyevoda inscriptionem et confirmacionem regni et promitterentur sibi similes a R. Mte que secundum tempus deputandum poni debebunt ab utraque parte in Halicz aut Leopoli.

Item commemoretur de Helia et promissa woyevode facta propterea, quibus quomodo satisfecerit ipse diiudicet, et dicatur quod per R. Mtem nil unquam factum est contra inscripciones et quod premissa et alia plura fecit R. Mtas custodiens inscriptiones suas et juramentum.

Item de Wassko et Iwana rudeantur quod isti homines sunt in regno adhuc ante inscriptiones ultime factas et postea semper fuerunt continue et nichil unquam intimabatur de eis per Woyevodam. Item quod sunt homines liberi et possessionati quos Mtas non prohibet ire quo vellent, neque eos arcere potest ut irent.

Quod autem de oratore qui fuit nuper in Turcia d. Lanczkor-ski commemoratum est per voyevode oratores, dicatur quod R. Mtas non potest intelligere quo essent verba que ipse illis dixisset que non placerent voyevode et propterea cupit Mtas R. informari per ipsum de verbis huius modi, quia alias nihil commissum habuit quod esset in displicenciam ipsius.

Item dicendum cum woievoda de theloneis quibus grauat homines Regni et suis hominibus prohibet theloneum in terris Regietatis et quod non permittit mercatores Regni ire libere ultra terram suam sicut prius solebant transire etiam in Turciam et quod istud est contra inscripciones nouissimas.

Numerum hominum de Regno nouissime per voyevodam receptorum:

in Thissmyenycza CXXXX hospites et de villis ibidem XXX

in Czesthibyessy CXXXXXIIII capita hospitum.

Item de aliis curet se orator informare transeundo illic ut sciret eciam certo nunciare, restitutionem petere ultimo nunc et post electionem domini nostri receptorum.

Item admoneantur consiliarii voievode de juramento prestito super observandis inscripcionibus inter Regnum et Regem ac Valachiam et woyevodam confectis, et ut studerent persuadere voyevode de fide observanda.

1501 декабря 21. *Litterae a Regia M-te Polonie ad Imperatorem Turcorum* pro salvo conductu magno nuncio per prodromum misse (Lib. legat. № 1, A. fol. 1).

Согласно обычаю, намѣренъ отправить посла съ извѣщеніемъ о вступленіи на польскій престолъ и выраженіемъ желанія хранить взаимную сосѣдственную дружбу. Испрашивается опасная грамота для него.

Legatio a Magistro Livonie (ibid. f. 1. v.).

Serenissime princeps et d. domine graciosissime. Quia per crebras diligentes ac arduas exhortaciones V-re Ser-tis uniformis concordia inter Ser-tem V-ram cum illustri ducatu Lithuanie et d-um meum graciosissimum Magistrum et totam provinciam Livoniensem suscepta, facta et utrinque litteris, sigillis et amicabili composicione firmata et ad integrum finem perducta fuerat aduersus M. Ducem Moscovie cum suis complicibus prout littere confederacionis clarius docent, Eapropter reverens d. meus grac-ssimus Magister me familiarem suum misit et legauit ad V. S-tem. Veni itaque et constitutus sum Vilne dominica proxima post divisionis Apostolorum et V. S-ti nomine domini mei gr-si exposui, quomodo d. meus Magister cum tota terra Livonie et totis viribus feria sexta ante assumptionis Marie in finibus Russie cum Dei adiutorio fore instituerat et ulterius feria secunda proxima in terra hostili constitui etc. cum ceteris in predicta legacione contentis que postea bene enarrata sunt.

Primum: Quod V. S-tas cum vestris cogitaret et ordinaret uno tempore et equaliter ingredi et ut ad deputata loca in hostili terra conveniretur, ad hoc S-tas V. per reuerendissimum in Christo patrem d. episcopum Vilnensem ita michi respondit: Вслѣдствіе отговорки Александра, что онъ не успѣетъ снарядить войско для вступленія въ непріятельскіе предѣлы feria secunda ante Assumpcionis, постановленъ срокъ decolacionis S. Iohannis, когда Александръ долженъ былъ доставить 4000 пѣхоты и 1000 человѣкъ конницы, которые должны присоединиться къ воинамъ магистра въ двухъ миляхъ отъ Острова на р. Молдѣ. Магистръ исполнилъ условіе и явился въ срокъ со всѣми своими силами въ назначенное мѣсто. Prima die cum d. meus Magister ultra fines in hostilem terram pervenit distabatque tria milia a finibus, ecce ex improviso et nichil tale suspiciente Pscovite cum totis suis viribus Moskovitarumque expeditorum in armis Pskovitis a Magno Duce Moskovie in auxilium missorum fuerant citra decem vel duodecem milia hii obuiam venerunt, quos d. meus grac-sus manu potenti aggressus est et divino auxilio ex campo profligauit. Они разбиты на голову и весь обозъ захваченъ, такъ что si d. meus predictos hostes in Pskow celeriter insequi potuisset, sine dubio in ullo loco cum adiutorio Dei magnam gloriam et famam atque victoriam consecutus fuisset, a quibus omnibus ipsum desistere opportuit exquo debuit honori et promissis suis satisfacere et ad loca ac tempus deputatum constitui, quo factum est ut in predictis locis duodecim dies continuerat.

Postquam vero de Stis V. gentibus nichil intellexerat, recepit se ex predictis locis duo miliaria versus fluvium Molde in conspectu suorum hostium ad castellum quoddam lapideum Osstrow nomine quod oppugnare adorsus est quo etiam Dei adiutorio petitus est, funditus que igni combussit circumcircaque quatuor miliarium spacio igni vastacionibus cedibus quicquid invenire poterat populatus est Nichil tamen de V. S. gentibus intelligebatur, Quod d. meus Magister cum omnibus prelatis consiliarys tocius terre Livonie nunquam sperabat neque est contentus quod cum sua terra sic neglectus est, Nec scit d. meus graciosus Magister quomodo hoc intelligere aut suscipere debeat eo quod Ser-tis V-re spontanea oblacio et fides promissa servata non sint, quo d. meus Magister et provincia Livoniensis in magna pericula et dampna venere Quod si ambe provincie ita ut promissum fuerat ad debitum tempus convenissent et Pskow si recepissent, effecissent cum adiutorio Dei quod Mag. ducatus Lithuanie similiter terra Livonie a Pskovitis et earum terrarum incursionibus non egerent timere.

Recogittet S. V-ra quomodo d. meus Magister et provincia Livoniensis ad hec pervenerunt, quomodo se d. meus ad hanc ligam dederit, si id Serti V-re et illustris ducatus Lithuanie honore aut pro complacencia et bona vicinitate factum est. Terra Livoniensis cum Moskovitis in bona pace erant quamuis in finibus earum alique iniurie facte fuerant Actamen predicta pax a Rutenis servata fuisset, in qua ad alias res cogitatum fuisset Etiam poterat concordys pax haberi Nichil tamen de predictis curatum erat S-ti V-re maximis in eiusdem necessitatibus placere quod non bene retributum est prout ex predictis bene patet, d. meus graciosus fuit in terra hostili tres ebdomada minus duobus diebus et Dei adiutorio in manu potenti viceversa rediit.

Responsum M-tis R. Polonie ad suprascriptam legacionem Magistri Livonie. Александръ подтверждаетъ союзныя обязательства съ Ливоніею противъ Московскаго государства. Между прочимъ указываетъ, что imperatorem tartarorum Zavolskyego cum tota eius potencia et exercitu, qui de sua orda et locis proprys que inhabitat, mouit se et omnem suum exercitum, jamque iacet campestraliter nobis in auxilium et quem sumptibus nostris in terris Lithvanie fouemus et tenemus ut temporis debita opportunitate bellum inferendum tanto accuracius geratur usqe ad exitum.

M-tis R. Polonie legacio ad Magistrum Livoniae d-no Gorsky commissa 1502 Cracoviae (Lib. Legat. I. A. f. 3). О томъ же. Задержка въ общихъ дѣйствіяхъ противъ Москвы произошла вслѣдствіе избранія Александра на польскій престолъ; отъ этого силы союзниковъ противъ общаго врага лишь увеличатся. Опять указываетъ на то, что содержитъ на свой собственный счетъ въ Литвѣ заволжскихъ татаръ для войны противъ Москвы.

Baduarii Johannis oratoris Veneti ad Ser. pr. et d. d. Alexandrum Polonie regem dicta oratio (Ibid. f. 4). Поздравленіе со вступленіемъ на престолъ; воззваніе къ участію въ войнѣ противъ невѣрныхъ совмѣстно съ другими христіанскими государями.

Oratori Veneto Io. Baduario nomine regio prebitum responsum. Польша всегда ставила своею задачею борьбу съ невѣрными (приводятся примѣры войнъ Владислава Варненскаго, Казимира и Іоанна Альберта) и не откажетъ въ своемъ участіи и въ предположенномъ походѣ европейскихъ государей противъ турокъ.

Legatio Tartarorum (Zawolhensium) summarie notata (Ibid. f. 9 v.) о возобновленіи союза. Союзъ возобновленъ и Александръ принесъ присягу въ этомъ.

19 Iulii 1501. *Treugae pacis* ab imperatore Turcorum Bayazeth per Nic. Lanczkoronsky Constantinopoli obtentae, qui Lanczkoronsky olim per Ser-mum Albertum Regem missus erat Turciam, sed interim rex obiit morte et de ejus morte ignorabant Turcae (Lib. legat, I, f. 25 v.).

Salvus conductus Imperatoris Turcorum venturo ad se oratori regio datus in Constantinopoli 25 Ianuarii 1502 pro Firlei по просьбѣ Александра.

Credencia oratori regio Nic. Firlei de Dambrowicza data ad Turcum 15 Maii 1502 (Ibid. f. 26).

Legatio Ser-mi d. Alexandri regis Polonie ad imperatorem Turcorum per oratorem dicenda (Ibid. f. 26 v.).

Послѣдуя обычаю предковъ, желаетъ хранить дружбу и миръ. Въ частности проситъ разрѣшенія ut mercatores haberent aditum et reditum in Byalogrod; dicatur quod Cesar intimabat quia Precopensis ribaldus suus esset, ideoque nihil cum illo rex Polonie, sed pocius cum imperatore Turcorum tractaret de pace.

Przecopensis legacio. Anno D-ni 1502 feria sexta infra octavas Visitacionis glor-me Virginis Marie nuncius Imperatoris hanc M-ti R. in Nowogrodek peroravit legacionem: (Ibid. f. 28 v.).

Перекопскій ханъ сообщаетъ объ одержанной имъ рѣшительной побѣдѣ надъ ханомъ Заволжскимъ. Putabat imperator Precopensis illum fuisse vocatum per Mtem R. contra se, sed post intellexit Imperator Precopensis illum Zawolhensem fuisse vocatum per Mtem V. non contra se, sed contra Iwan, alias Iohannem. Iccirco Imperator Precopensis continuit se et populum sue Orde ab invadendis et depopulandis terris dominiorum M-tis V. R. Et dum sic est quod Mtas V-ra non contra Imperatorem Precopensem, si vult M-tas V-ra, vellet Imp. Precopensis ut vetus fraternitas et amicicia inter eum et M-tem V-ram que inter predecessores vestros erat innovetur, mittat Mtas V. nuncium suum.... Post victoriam illam immediate direxit ad Iwan, alias Iohannem, ribaldum suum, ut nullum inferret bellum Mti V. et Magnoducatui, donec Imperator illum iterum avisaret...

1502, лѣта 7010 генваря 26 привезена грамота къ царю отъ И. Мамонова изъ Крыма: Царь намъ сказывалъ: которого своего человѣка турской къ нему присылалъ, а того-жъ своего человѣка турской къ королю къ угорскому посылалъ съ тѣмъ: были есмя съ тобою въ докончаньѣ; и ты нынѣча на Дунаѣ мостъ чинишь и рать свою всю собралъ еси; и ты докончанье хочешь испортити; будетъ такъ, и ты бы далече къ намъ не томился,—мы и сами противъ тебя будемъ; а рать, сказываетъ, у турокъ вся была собрана. И король угорской къ турскому салтану, сказываетъ, то отказалъ: присылалъ ко мнѣ папа книги о томъ: не пойдешь на турского, и мы тебя въ проклятье положимъ; и язъ то съ себя сводилъ; а нынѣ, сказываетъ угорской и турской рати роспустили. А полского короля не стало, и царь сказываетъ, нынѣча на полскомъ королевствѣ Жидиматъ. А волошскаго Стефана, сказываетъ царь, съ угорскимъ и съ полскимъ и съ литовскимъ въ миру. Да говорилъ царь къ волошскому Стефану: посылалъ есми моего человѣка, и онъ ко мнѣ человѣка моего отпустилъ ни съ чѣмъ, а съ недруги съ нашими въ миру; а ко мнѣ давно хотѣлъ посла своего послати, и посолъ его у меня не бывалъ.

(Крым. дѣла № 2 л. 861 и 863).

О препровожденіи Ларева изъ Волохъ писано въ Крымъ въ мартѣ **1502** (стр. 388).

1502 Ianuarii 16. *Litterae a Maximiliano rege Rom. ad Gedanenses scripte* (ibid. f. 14)... Est vobis sine dubio bene notum quo-

modo Turci perfidissimi hostes Cristiane religionis Imperium grecorum et multa alia Regna, potestates et provincias a cristianitate ad se traxerunt et populum pene innumerabiles cristianorum hominum interfecerunt et abduxerunt et potestatem ipsorum ita extenderunt ut nisi quantocicius eisdem Turcis perfidissimis a nobis repugnatum fuerit, extunc in parvo tempore ad cristianitatem intantum se intromittent quo tandem perpetuiis temporibus nobis fiet impossibile eis iterum dominari et repugnare. Nunc quivis sua ratione propria discernere potest quod ubi nos cum rege Francie tocius cristianitatis forciori diucius contendere et dissentire debuissemus, quod iterum atque iterum ipsi Turci aduersus ipsam cristianitatem magis atque magis conspirati fuissent, quo magis nocumentum eis iterum inferent, nos igitur tanquam caput et protector christianorum, ради пользы христіанства примирился съ королемъ французскимъ, съ тѣмъ чтобы въ союзѣ съ папою, Франціею, Испаніею, Венеціею, Венгріею и германскими князьями идти на турокъ ita ut huiusmodi turcorum propositum nostra unitate debilitetur et anichiletur et nostra christiana sanctissima fides seruetur eciam ut provincie christianorum que a Turcis hucusque sunt devicte et destructe, similiter et homines christiani a sua tirannida fide ad quam a Turcis compulsi sunt, rursus ad fidem nostram convertantur. Требуетъ присылки помощи отъ города къ 1 іюня.

Responsiue litterae ab Alexandro Rege Polonie etc. ad Maximilianem Regem Rom. etc. ad litteras Gedanensis superscriptas. Dat. Cracovie 24 aprilis a. D. 1502. (Ibid. f. 23).

Титулы и обращеніе. Exhibuerunt nobis litteras Vestre Ser-tis subditi nostri ciues Gdanenses terrarum nostrarum Prussie, quibus scribit V. S-tas et eos cohortatur ad parendum et unanimiter intendendum bello gerendo pro expedicione quam parat V. S-tas contra communes religionis nostre et crucis Christi hostes, perfidissimos Turcos unacum ceteris regibus christianis et principibus Germanie. Король желаетъ успѣха этому благочестивому предпріятію. Но его redit in admirationem incredibilem, что императоръ приглашаетъ его подданыхъ къ участію въ походѣ, ибо ему должно быть извѣстно, что semper nos continuis et quotidianis decertare preliis contra Scytas et Sarmatas, genus multipliciter infestissimum rebus christianorum et etate nostra invalescente hostilitate Turcorum, cogimur tam Scythis quam Turcis tam estiuis quam hibernis temporibus nostrum regnum oppugnantibus semper prompta et parata in armis manu obsistere. Quorum tot barbarorum eam Massagetarum et reliquorum Scismaticorum ferociam ab christianorum ceruicibus reprimentes, semper

actiones belli contra eos cogimur reintegrare et ea in re pariter utimur opere et auxilio nostrorum subditorum, Qui ex fide et obedientia nobis et Regno dedita inviolabiliter eam erga nos retinent. Sed nos non aliud interesse existimamus alienos sollicitare subditos absque eorum domini adsensu quam permouere animos eorum, tentandi gracia, ad defectionem, Quod si licitum et phas est in rebus humanis, rectius recenseat V-ra S-tas...

Conclusiones et decreta dominorum in conventu publico Cracoviensi statim post coronacionem felicem Ser-mi Alexandri Regis (Ibid. f. 15).

....Item quod R. Mtas iret tanto celerius in Lithuaniam bello Moskovitico provisura et provisura quod posset continere in amicicia et societate istius belli Tartaros Zawolhenses et magistrum Liuonie. Item quod teneret exercitum suum non prope Tartaros neque multum elongaretur ut et ipsos auxilio habere facile et eis auxilia ferre commode posset. Item quod in Prussia, Valachia, Ungaria, Turcia ageret per modum oratorum et studeret alios in fide, alios in amicicia utrumque hoc tempore conseruare. Item et ad regem Romanorum ut orator mitteretur. Item quod ad Turcum iret celerius et mitteret ad regem Hungarie.

Anno 1502 feria V post S. Stanislaim. *Tartarica relacio* (ibid).

Turcus vult quod Zavolhensis veniret ad campos Kilie et Byalogrod et dominaretur Walachie, quodque Turcus quatuormilia cum Malcocz et quatuordecim basschas et duo milia equorum imperatori dare vellet: Si tu Walachiam tenebis, nobis liberum erit progredi ad omnes partes mundi. Theloneum byalogrodensem imperatori Turcus dedit. Item offert ei personale theloneum, que persone venduntur.

Nuncius zawolhensis referebat constantem societatem et fidem. Item petit informari si et quibus locis quicunque hostis R. Mtis aggrediendus esset. Imperator paratum se offert ad omnia facienda contra quemlibet hostem. Item specialiter petit ut simul conueniant eciam in aliquot equis venire vellet imperator ad R. Mtem.

Cedula oratoris Veneti (Joh. Badoarii) porrecta d-nis oratoribus polonis apud regem Hungarie existentibus (ibidem f. 21).

Ser-mus rex Romanorum ostendit ad hoc similiter desiderium incredibilem quod cogitans Cesarea Mtas sua de omnibus illis rebus

que possint conferre ad materiam recordatur quod laudat sumopere quod debent imponi omne opus ut apletur et pacificetur dux Moskouie cum Ser-mo moderno Rege Polonie, circa quem effectum non defuimus neque desumus et per viam Rome et per omnem alium modum qui nobis expediens videtur circa quod vos et laborabitis pro posse vestro ut faciatis tam laudabile opus quod erit maximum factum et beneficium huic christiane expedicioni, quod... unitis viribus dictorum duorum principum erunt maximi favoris.

Iohannes Badoarius doctor, orator apud Ser Hungarie regem.

Responsum d. Magistri Livonie ad legacionem Regie Mtis Polonie oratori Gorski datum (f. 21 v.)

Жалуется на ущербъ причиненный прошлымъ лѣтомъ Ливоніи вслѣдствіе неприбытія войска его величества въ назначенныя по уговору мѣста подъ предлогомъ разлива рѣкъ; это ridiculae excusationes, ибо есть tria itinera quibus exercitus de Poloczko ducendus fuerat, изъ которыхъ всегда можно было избрать одинъ—безопасный. Et quid iuvat inire federa et contrahere belli societatem quando eis non satisfacitur! Nec Regiam Mtem in hoc inculpamus que eo tempore de consilio nostro ad Regnum Polonie suscipiendum profecta fuerat, quod nos magno desiderio et singulari gratulacione Mti Regie ultra ceteros fauebamus, sed hii culpa non vacant quibus id negocium in absencia Mtis R. commissum fuerat et postquam paulo ante Moskowite in terras nostras incursionem fecerant et omnia igne ferro late vastarent a nullo crudelitatis genere abstinentes avisatos feceramus quamprimum d. palatinum Vilnensem Stan. Chlebouycz, capitaneum Ploczensem et Czyrmii ut iuxta inscripciones confectorum federum similiter in terras hostiles incursionem facerent.... Quemadmodum eciam v. vestra in legacione sua retulit quod Mtas Regia inita federa et factas inscripciones tenere et servare vult in omnibus eorum clausulis... et pro necessitate et oportunitate iuxta formam in litteris federum descriptam propria in persona hostiles terras intrare proponat, bellumque prosequi velit, Quod nos libenter audimus, pro qua tam benivola iusta licita et debita Mtis R. exhibicione promittimus viceversa bona et integra fide prefatis inscriptionibus et inito federi eciam satisfacere... In quo Mtas R. dubitare non debet, quamvis iustis de causis belli societatem relinquere et cum duce Moskowie treugas pacis suscipere possemus, pro quibus nos solus solicitat Quemadmodum littere sue nuper ad nos misse declarant et continent.

Magister Livonie d-no Gorsky (f. 22).

....Nunciatum est nobis pro re vera quomodo dux Moskowie magnus nuncibus agit apud imperatorem Zawolski ut eum corumpat et a Regia Mte auertat. Ideo Regia Mtas sit bene cauta ne corupcionibus Moskovitanis prefatus tartarorum imperator a Regia Mte abstrahatur alioqum perturbarentur omnia et periculum maximum immineret et Regie Mti et nostris dominiis.

Tumszhanai *Zawolhensis legacio* in Novogrodek feria tercia post octavas Visitationis Marie proxime habita per nuncios adhuc in quadragesima hic jacentes (ibid. f. 29).

A Machometo Cesare Zawolhensi fratre Alexandro Polonie regi etc. salutem. Verbum meum est istud. Quia a diebus antiquis fratres fuimus prout et sumus, et ex ea ipsa fraternitatis causa in anno a nobis ad vos gravis salutacio cum exiguo munere verbisque bonis mittitur, Misit ad nos frater ut ad eum prope accedamus propter amicum et inimicum in simul conveniamus, propterea hominem ad nos miseratis et ad nos verbum vestrum, terram et patriam vestram linquimus ad vosque profecti sumus, tandem Mal Cherei ex parte ad vastandum (vestri) quem Deo iuvante propulsavimus. Ipse enim et nobis et vobis erat et est inimicus. Postea penes Drylesk et Novogrodek castrametati sumus et pro vobis illa duo castra vi recepimus. Quo facto Mozaysky et Przekopsky fugierunt, Ffaleczky nuncio vestro apud nos existente et id ipsum vidente, ex quo autem predicta castra nobis se submiserant propterea quod nihil damni eisdem intulimus que ad extremum devastare potuimus, licet homines famelici fuerunt. Postea hunc servum nostrum Zolgaira ad vos misimus, ut tibi, fratri nostro, verbum afferret, quod exercitum ad nos mitteres; Zolgaira non cito ad nos rediit, nec homines tuos ad nos conduxit centum diebus sub Canyow exercitualiter profecti sumus Moskowitam debellaturi. Ex Dei voluntate factum est: frater Zanai Soltan optimus mortuus est.

Осенью 1502 г. *Legatio ad illustr-mum d-m Cardinalem ac ad prelatos et barones regni ex parte Maiestatis Regie* de Mynsko d. Jacobo Syckliczky capitaneo Byeczensi et Gottficz notario commissa (ibid. f. 32).

Postquam redeundum erat Lithuaniam de Regno et si reditus illius causam et tocius negocii Lithuanie ac etiam spei quam Mtas R. pro negocys illic feliciter agendis habuerit, tunc posicionem intellexerat vestra dominacio illustrissima tam ex Mte R. per se istud

referens quam ex d-nis oratoribus Lithuanie presertim Magnifico duce Alexandro capitaneo Grodnensi, duce Michaele Glynski marschalko curie qui ad coronacionem cum Sua Ser-te venerant, quam ex generoso Droszcza milite litvano posterius ad Mtem R. de Lithvanie adveniente, Tamen cum contigit imperii Zawolhensis translacio seu mutacio, studiose Mtas R. me deputavit ad vestram dominacionem illustr-mam oratorem repetiturum ei causam et ordinem reditus illius, relaturumque ea que postea preter spem evenerunt et que eciam per litteras erant vestre dominacioni illusr-me intimata.

Bellum Moskouitanum hac tempestate Ser-tem Suam et dominium Lithvanie plurimum urgens exposcebat, ut Mtas R. non facto ad plenum ordine in republica Regni sui, festinarat redire Lithvaniam. Et licet non dubitabat se venturum ad gerendum bellum cum affine hoste, quem scit et potentem et divitem esse, Licet quoque de Regno neque pecuniam, neque populum tantum, quanto ad illud bellum contra tantum hostem opus esset Magnoducatui afferre potuit, Tamen quia per prelatos et barones Magniducatus Lithvanie frequentioribus nuncys et oratoribus ad redeundum monebatur et non minus per oratorem Zawolhensem qui tanquam mali presagus sui petiit quod tempestiue Mtas R. rediisset aut ad minus 4000 gencium sibi direxisset in auxilium, prout vestri dominacioni illustrissime et nonnullis consiliarys Regni tunc cum Mte R. agentibus eorum tunc legaciones dicebantur, Exinde Mtas R. nolens ducatum relinquere indefensum cupiensque imperatorem Zawolhensem in spe et fide retinuisse redeundum duxerat Hac intencione et causa et ut erat possibile quia dum imperatori Zawolhensi illa 4000 dirigere non potuit dumque nullum subditis Lithvanis aut in gentibus aut in aere auro ve afferet subsidium, saltem sua in persona Lithvaniam rediisset.

Spebus nichilominus Mtas R. ducebatur duabus ad redeundum. una et tanquam unica de imperatore Zawolhense, cum quo in Dei nomine hostem agredi voluit salvo consilio dominacionis vestre illustr-me et aliorum prelatorum utriusque status de Regno, sine quibus in (omne) fortune statu nichil faciendum statuerat et eius semper vult esse instituti; altera, quod prelati Lithvanie spem Mtis Sue promittebant que ipsis per dominos Regni promissa erat. Hac quoque spe habendi de Regno subsidii Mtem R. non obstantibus quibuslicet impedimentis ad reditum stimulabant in Lithvaniam.

Contigit tamen socio belli Tartaro sic ut ipse periculum metuebat futurum quia tota gens eius impery se hosti precopensi dedidit

interim dum Mtas R. Lithvaniam veniebat, prout istud Mtas R. per litteras vestre dominacioni illustr-me perscripsit.

Post casum Zawolhensis Tartari cuius periculi Mtas R. tanquam rea esset, quia tempestive ad eum neque rediit, neque ei 4000 gencium misit, et item dum spes ipsa periit que ex ipso Tartaro dependebat, cum que Mtas R. quottidie in Magnoducatu ab hoste afficeretur dampnis maximis, et item per alterum belli socium Magistrum Livonie crebrius moneretur ad invadendum communem hostem, Sua Mtas non omnino scit quid cum honestate factura esset, an supersedend. a negocio belli, an est hostis pro treugis per aliqua media petendus, an cum paucis et an per se, vel per campiductores fortuna belli experiunda esset.

Pro comperto vero habere vellet Mtas R. si pecunie essent quibus promptissime soluerentur stipendia his militibus, quamvis paucis qui sunt et diu et modo per Ser-tem Suam Lithvaniam conducti possit saepius hostis aggredi viribus cum Magistro Livonie unitis et saltem si inuasio fieri non posset tuta, fieret tamen defensio omnino indubitata et opportuna.

Sed quia eius Ser-tas nullum ad id de Regno reportauit auxilium pecuniarium ymmo pecunias in Regno conquirendo nod mediocriter se se et Tartarum neglexit, Et insuper consiliary Lithvanie scire cupiunt ex Ser-te Sua si quod unquam auxilium habituri exinde essent, ad quod se invicem cum dominis polonis inscripserunt, Iccirco Sua Ser-tas rogat, dignetur dominacio vestra Illustr-ma specialiter ei consulere et ab alys consiliarys Regi consilium colligere quid ipsa et ilii censeant in premissis faciendum et informare qualiter cum imperatoribus Tartaris agendum. Item qualiter Mtas Sua dominis Lithvanie responsura erit, qui omnino scire volunt tanquam finale responsum, si iuxta incorporacionem nouam auxilium habituri essent de Regno, si enim frustrabuntur spe, verendum erit, quia et illi incorporacionem lenipendent, quod Mtas R. non libenter videret.

Item consulendum est si condiciones pacis aut sufferenciarum et quibus honestis modis prosequende essent, dominis enim Lithvanie videretur ut nuncy nomine prelatorum Regni et aly ex parte Lithvanorum simul mitterentur, utque premitteretur nuncius ex parte prelatorum utriusque dominii pro salvo conductu qui diem et locum ad tractandum de pace designaret et designari obtineret pro mediatoribus et de Regno et de Lithvania venturis.

Aliquibus videretur ut Mti Reginali vestra dominacio illustr-ma et ceteri prelati de Regno scriberent litteras cum eo effectu signi-

ficando ei et dolendo quod in dominys christianorum principum et presertim Rome fama communis esset et admiracio, quod illa ipsius? alterius filia alterius coniunx non cooperatur ad sedandum hoc bellum, fit que communis inter christianos principes argumentacio dubitatiua de Mte reginali uti plus faueret victoriam an patri vel marito ex quo non cooperatur ad pacem inter illos. Unde propter colendas eas opiniones falsas et ut d-nus cardinalis et ceteri archiepiscopi et episcopi non impedirentur in eorum consciencys dum non cooperarentur ad pacificanda Regna, Ac ne effundatur sanguis christianus, prout istud facturi sunt ex debito, Iccirco hortarentur Mtem Reginalem, ut principes utrosque persuaderet ad bellum contra paganos gerendum, ut que supplicaret marito ad supersedendum a bello patrem que rogaret idem faciendum, et cum ea informacione iret nuncius Regie Mtis nomine domine Regine qui duci patri ostenderet litteras per prelatos Regni filie scriptas et continerent littere prelatorum illum ant aliquem dulcorem persuasionem que Mti R. et Moskovite honeste essent, Exinde si fieret inicium possit in tractatibus restitucio dampnorum peti pro dote et fieret restitucio utrique parti utilis et honesta Vestra dominacio illustr-ma super id consulere dignetur cum dominis.

Tartari Zawolhens. via ut colubri in aquis inuestigabilis est nescitur ubi est vel quid poterit in futurum, Hi quidem qui ad Mtem R. redierunt sui per colli vadium promittunt infra aliquod menses Zawolhensem rediturum cum potencys Nohaysky et non solum recuperaturum imperii populum sibi ademptum, verumeciam vincendum et de fossa agendum Przecopensem.

Przecopensis per oratorem condiciones federum petit et per obsides illa firmanda decernit, ad quod Mtas R. consensit et est leuis nuncius in ea re ad imperatorem Przecopensem missus pro obside mittendo et promittendo alium per R. Mtem dari, prout per litteras vestre dom. Illme istud Mtas R. abunde perscripsit.

Walachie palatinus iterum nuncium habuit apud Mtem Suam cuius ille legacionis effectus erat: Significauit quia Turcus versus hec Regna suas conuertit potencias et intendit, negocio belli Italici suspenso, hec Regna inuadere debellareque, Tandem inter alia petyt ut nuncius suus notabilis fuisset missus Moskowiam, qui non est permissus, propterea quod nunc cum illo duce bellum gerat Mtas R., ideoque non esset conueniens eam hosti consultacionem fauere dum ille Mtem R. nichil faueat Et item dictum, quia istud M. R. modo facit non (ratione) domini palatini propter quem libenter faceret istud,

sed (ratione) illius hostis. Petiit insuper ut Mtas R. Walachos Wassko et alios non seruaret. Responsum est, quia in M. Ducatu Lithvaniae non sunt cum Serenitate sua, ad quod nuncius non replicauit.

Rogat Mtas R. vestram dominacionem illustr-am reuerendissime domine Cardinalis adimere dignetur operam et diligenciam de qua non dubitat, ut moneta cudatur....

Dux Conradus oratores habuit duos apud Mtem R. in Novogrodek cum legacione, quos Mtas R. me presente remisit cum responsis quarum copiam vestre dom-cioni illustr-me et alys, si opus est, dominis consiliarys ostendi mandauit....

Quemadmodum in Noua Civitate consultacio fuit nuncy ad Papam mittendi sic in (presenciarum) Mtas R. comemoratur: esset ne mittendus Romam nuncius mediocris status, qui referret Mtis R. exaltacionem, comendaret Pape suam Ser-tatem et bellorum cum paganis et scismaticis geri solitorum faceret reminiscenciam captaret que benivolenciam et favorem contra Moskovitam, ut saltem aliquem impetrari possit subsidium exinde, ut que non declinaret ad partem Moskovite.

Pari modo nuncy ad Romanorum regem mittendi reminiscitur Mtas Sua sic (cum) in Noua Civitate dicebatur, quia cum legacione aliquis mittendus esset ad illum mediocris qui tanquam eundem effectum haberet quem legacio papalis habitura esset apud quem palat. Walachie ut..... promouet negocium Moskovite.

Ливонскій магистръ проситъ содѣйствія въ войнѣ противъ московскаго князя (два письма отъ него ipso die divisionis apostolorum 15 іюля 1502 г.).

Сообщенія о положеніи русскихъ городовъ и военныхъ дѣйствіяхъ и приготовленіяхъ съ русской стороны (f. 34 v.).

Legatio d-norum Polonorum ex convencione Colense per d-num Bochotnyczky coram R. Mte in Mynsko dicta (ibid. fol. 35 v.).

Peracto consueto principio comedacionis dicatur ipsi R. M. quod ut ipsa noscit propterea que in consilium deducta fuerunt in convencione Sandomiriense, nove civitatis Korczyn et demum post discessum eius Cracis ut unanimiter constitui et denunciari potuissent per omnes Regni consiliarios fuerunt dilata ad hanc convencionem Colensem, in pari affectu animorum omnes domini Polonie Maioris consultaverunt de huis que necessaria essent pro communi bono.

Atque inprimis visum maxime necessarium propter innumeras difficultates et pericula undique imminencia, ut quereretur modus aliquis per quem saltem aliquo brevi tempore respirare posset Regnum a continuis bellis et sumptibus iam intollerabilibus. Qua autem ratione hoc fieri posset, dicatur, eosdem d-nos consultasse, nec invenire in presentis et tam cito aliam viam potuisse, quam ut tentetur bonis mediis et condicionibus si haberi possit pax cum adversario Moskowita vel saltem inducie, tam longis temporis, quam obtineri possent.

Scit enim ipsa M. Regia, quanta difficultas sit in toto Regno, nec posse sufficere exacciones impositas non modo ad tantam belli molem sustinendam, sed nec ad tuicionem terrarum Russie et ad inquietaciones que jam fiunt et que timentur ex Slesia, et hic dicatur de captivitate d-ni Petri Opalensky, judicis Poznaniensis et d-ni Smygelsky et alys insultibus, spolys et diffidacionibus...

Sed et hoc timetur magnopere, ne ad eos hostes quos magnos et satis potentes adversus Regnum habemus, adiungatur Turcorum hostilitas et invasio. Nam cum pro certo habetur per adversarios eius Hungaros, Venetos et alios colligatos tractari cum ipsis Turcis de pace, dubium esse non debet eosdem Turcos conversuros apparatus bellicos contra hoc Regnum, quando cum alys pacem firmaverint et presertim si nuncius missus in Turciam non in tempore illuc accurrerit. Propterea valde suspectum est propter eius tardam illuc profectionem.

Sunt et alia gravia incommoda et domi et foris adveniencia ad que de necessitate maxime necessaria respectus habendus est, et propterea omni racione cogitandum, quomodo ut supra dictum est, aliquantulo tempore Respublica respirare possit.

Quare roganda erit eadem Mtas humiliter nomine rev-mi ac illustr-mi d. cardinalis et tocius consily, ut propter supradicta dignetur cogitare cum d-nis Magniducatus Lithvanie si quomodo predicta pax aut inducie haberi possent.

Hoc autem... singulariter rogetur eadem R. Mtas et admoneatur, propter Deum nomine... d. Cardinalis et omnium dominorum consiliariorum id magnopere persuadencium, ne aliquo pacto sumat sibi in animum proficisci sola ipsamet in persona adversus hostem, nisi cum eo apparatu et potencia esset provisa qualis decet ipsam et tantum principem, ne forte, quod Deus avertat, aliquid contingeret ut in tantis discriminibus solet accidere, unde et eidem M-ti et omnibus eius dominys gravissimum periculum posset advenire...

Item quod moneta cudatur, eo tamen modo et condicione ac sub tali valore quo fuit decreta in ultima convencione generali Pyotrcoviense tempore olim glor. d. Johannis Alberti Regis sed quod ad unum (tamen) annum cudatur, infra quod tempus ipsa R. Mtas indicet convencionem generalem in qua deinde de eadem moneta ulterius cudenda declarari ac constitui debebit.

Roganda etiam est R. Mtas ut agat cum dominis Lithvanis pro consensu ad deponendas continendasque merces omnes in Camyenyecz et quod ultra deferri non permitterentur in Valachiam, quod ille terre Russie pro reparacione earum multum exoptant, est que utile et necessarium Regno ex multis respectibus...

Item ne aliquod impedimentum accidat in Regno, eadem Mtas rogetur ut deputet dominos ituros ad faciendum granicies cum palatino Valachie et ne tardet eosdem deputare quia non multum iam temporis superest...

Ultimo supplicetur ipsi R. Mti, quod in tantis et tam periculosis accionibus propter Deum cautissime habeat se et procedat et intendat eisdem accionibus cum talibus consultoribus qui cum fructu et utilitate possint, sciant et velint debite ac fideliter ipsi R. Mti consulere, attentis presertim temporis difficultatibus et undique dominys eisdem imminentibus necessitatibus et periculis...

Ad dominos Lythvanie. Legatio autem ad dnos Lithvanie facienda erit sub eodem fere tenore quo ad R. Mtem, quantum attinet ad persuasionem querende pacis aut induciarum, exponendo eis et nostras et eorum difficultates...

Ad legacionem Colensem d-ni Bochothnyczky per Mtem R. responsum dominis per d-m Syckliczky (fol. 37.)

Quamvis Mtas R. alterius erat animi quo ad belli processum, forsan enim sese movisset iam versus Poloczko et Smolyensko cum ea paucitate gencium, quam secum habet, tamen cum d-ni consulunt et orant, ut non iret contra hostem absque magna potencia, Itaque S. Ser-tas significavit in sua legacione omnem posicionem suam. En iterum terrigene de Smolensko currunt clamantes, flentes et rogantes ut eos Mtas Sua defendat. Nam exercitus Moszkovitani in viginti miliaribus a Smolensko stativa figunt, et in alys locis pontes alys parantur ad invadenda dominia, quapropter Mtas R. hortatur et affectat d-nos, ut cum consulunt absque potencia non eundum, quid et qualiter Mtas R. facere debeat in hac peticione et necessitate subditorum defensionem petencium, forsan Ser-tas Sua cogetur

etiam cum paucis se hosti opponere, adeo temere Suam Mtem infestanti, et deliberent domini in eo casu, an cum honestate S-ti Sue media pacis sunt querenda, vel an possibile est ea impetrari. — Si consulent ad pacem querendam et si d. Vicecancellarius posset adhuc in Hungaria reperiri mittendum esset ut ille iuxta prioris legacionis conventa obtineat... Serenissimus d-nus Rex Hungarie mitteret oratorem suum qui cum d-no Mysskowszky mediaret, hec tandem Mtas R. prosequeretur exequereturque d-norum consilium ut vel pax, vel inducie obtinerentur honestate Mtis Sue salva...

Generalis terrarum expedicio forsan non erit utilis, tamen cum decreta est, Mtas R. contenta erit et approbat consilium et omnem modum quo a periculis Regnum et presertim terre Russie salvarentur, Verum quia propter granicies Valachi et alia in Nova-Civitate conclusa, quorum conclusorum non latuit effectus dominos, aliquot milia armorum gencium plus effecissent et maiorem utilitatem attulissent, Itaque domini providere velint, qualiter illis graniciebus satisfaciendum sit absque periculo et personarum, et Regni. — Deputat autem Ser-tas Sua pro graniciebus illis d-nos archiep-pum Leopoliensem palatinum Sandomiriensem, palatinum Podolie, capitaneum Leopoliensem et decanum Leopoliensem, pro quorum expedicione d-ne castellane estis informatus per Mtem R...

De depositorio in Camyenecz Mtas R. cum d-nis Lithvanis huc propediem constituendis conferet: Pauci tum vel nulli Lithvani Valachiam aut Turciam mercantur, et ita de eodem depositorio ex parte ducatus Lithvanie forsan non impedietur decretum Regni, consulant... domini, qualiter illud instituendum erit absque aliorum preiudicio et quid allaturum sit reipublice, Quicquidvero de eo cum dominis Lithvanie decernet per alium Mtas Sua rev-mo d. cardinali significabit.

Legacio d-ni Bochothnyczky ex parte prelatorum Regni ad prelatos et barones Lythvanie in Mynsko 1502 perorata (f. 38 v.).

Повтореніе вкратцѣ предъидущаго.

Responsum ad precedentem d-ni Bochothnyczky legacionem datum per d-nos Lithvanos (f. 39) Extract.

Antequam v-ra d. hic in Lithvaniam ad R. M-tem advenit quesivimus modus quo inire fedus et in unionem cum hoste nostro Duce Moskowiense devenire possemus et in eum finem et effectum misimus litteras per specialem nuncium nostrum ad omnes dominos et consiliarios Ducis magni Moskowiensi, quibus eosdem affectavimus

Dominus Woyeuoda intimauit ad te [2]) (qui) semper amicus patri tuo et domui tue ac tibi et fratribus tuis. Nunc rogo ut se interponeris ad R. Mtem, quod daret Sua Mtas pacem huic terre et dimitteret illam que terra est mea et patrimonium meum quam ego recepi cum consensu domini Regis Hungarie et ex mandato illius, si ista Regia Mtas sinat, volo esse adiutor contra Turcos et Tartaros quod unquam vastabunt terras R. Mtis, miserat ad me R. Mtas dominum capitaneum Cracouiensem assignando diem quod domini debuerunt deequitare a R. Mte pro tempore assignato. Ubi et domini Hungarie debuerunt fieri quos ego conduxi qui dum venerunt monstraverunt (mihi) granicies quas ego feci, confido quod terre mee et patrimonio meo dabit pacem R. Mtas quia illam ad gutur meum defendere volo et te rogo ut non permitteres in terra mea dampna facere, quia mansi duos capitaneos Hrinkowycz klucznyk et Kyrlchahn Myewnyk [3]) quibus mandaui ut iusticiam facerent subditis R. Mtis et tu etiam meis, si illis iusticia non erit, mandavi illos defendere, Tamen dominus Woyeuoda wult tenere inscripciones suas et iuramenta et consiliariorum suorum.

Responsum capitanei Leopoliensi super legacionem palatini datum.

Gratus sum de amicicia domini woyauode quod michi eam ostendere vult prout patri meo. Intimauit dominus woyeuoda ut interponerem se ad R. Mten quod istam terram dimitteret illi. Ista res non est mea quicquid facere in hac re inter R. Mtem D. m. grac-ssimum, Sunt domini seniores consiliarii Regni qui magis in hac causa perficere possunt et stabilire ista inter dmnum palatinum et Rm. Mtem Dm. m. gr-simum, tamen quod attinet inscripcionibus, que sunt inter R. Mtem Dm. mm. gssimum volo se interponere quod domino pa-

---

[1]) Прибыли въ Москву въ мартѣ 1503 г.

[2]) Capitaneum Leopoliensem.

[3]) Myecznik?

latino tenerentur prout dante Deo iste omnes res que nunc sunt componentur et in fine bono statuentur inter R. Mtem et Woyeuodam. Quod attinet pro iusticia facienda, ego faciam iusticiam Dni Voyewode hominibus nisi q. iusticia etiam faceretur subditis R. Mtis in quo nuncium suum mittam ad woyeuodam. Et misi ad eundem woyeuodam nuncium pro aliquibus iniurijs tamen magis ut aliquid rescire possem quid agitur ibi.

Ceterum V. R. Mtas scire dignetur quod cum sextarys nullum finem fecerunt et sic intelligo quod condictantur cum istis servilibus si cum ipsis finem non faciant omnino conspirabuntur. Ego scripsi sepius et scribo d-no Cardinali et ceteris d-nis consiliarys, tamen ad hoc tempus nullus finis est inter illos, ceterum V. R. Mtas quod pro certo relatum est michi quod Woyeuoda iam conscriptos homines habet p. Bucovinam tria milia qui se sibi subdiderunt et exhinc ad ipsum fugerunt quibus ipse mandavit ut equos, hastas, sopulas, sagittas, clipea alias tarcze haberent, peditibus vero ut haberent lances et clipea, qui in duabus septimanis debent se monstrare. Ceterum V. R. Mtas scire dignetur quod navigium in Copyecz destruxit et naues secat Et theloneum recepit et in Nyesnow nauigium fecit et theloneatores constituit in zuppis, Etiam zupparios constituit tam in Colomya quam in zuppis haliciensibus, V. R. Mtas scire dignetur si non erit provisio V. Mtis alia. Hic in istis terris vere omnes Rutheni vadent ad woyeuodam, quia multi ribaldi vadunt ibi et nichil advertunt super suos dominos, Ceterum V. R. Mtem rogo me non tradat V. R. Mtas oblivioni, gracia sua. Deus scit quod non presumo V. R. Mti scribere de defectu meo videndo nunc necessitatem V. R. Mtis prout ille quittancie mee non sunt adhuc extradite quas mihi V. Mtas dedit, tamen spes mea in Deo et V. R. Mte.

Seren-mus d. noster Rex gr-ssimus et quilibet intelligit Tartaros ductu palatini fuisse vocatos contra Regnum, quandoquidem palam sua legacio continet, quia (potest) illos et ducere et abducere Itaque res ipsa atque legacio suprascripta deferatur ad consilia d-norum, presertim vero Mtas R. rogat V-ram D. Illust-mam ut cum non ignoramus necessitatem et quidem summam tocius rei benegerende in Russia ut stipendarii foueantur ad certum aliquod tempus. Rogat Mtas R. qtinus V-ra D. I. vel de erario Regni vel de exactionibus aut smodalibus aut terrestribus aliquid mandet colligere pecuniarum pro sextarys et alys stipendarys in Russia et ut mitteretur aliquis discretus cum pecunys et pannis et daret illis. Prius vero quam fiet ista preparacio mittendarum pecuniarum, videredtur Mti R. quod pre-

mitteretur nuncius ad sextarios et stipendarios alios significans afferri afferenda, et qui prerogaret eis seruicia ad futurum quartale anni sic omnia prouidendo quod non recedant de Russia saltem propter Rutenos ne ad palatinum a nobis deficiant.

...Ex istis capitanei Leopoliensis auisamentis colligitur auisamentum, quia si vel impedietur in istis occupatis locis vel etiam si non permitterentur mercari Walachi Leopoli, Et si regnicole Walachiam mercatum non mitterentur, intelliget palatinus bellum sibi moveri. Sic timendum ne cum imparati erimus, ille iterum Tartaros et Turcos mittat contra nos. Iccirco V. D. Jll. consulat apud prelatos consiliariosque Regni quid in ea re faciendum. Scribit capitaneus Leopoliensis quemdam advocatum Soczauiensem venturum cum mercibus aut Leopolim, aut versus Mducatum Lithuanie ut sub specie mercature exploratam haberet posicionem Mtis R. et terrarum, quod verisimillimum est. aliquibus videbatur ut prohiberetur sibi licencia mercandi ymmo etiam veniendi, consulcius tamen erit non faciendum aliquid inconsulte. Iccirco super isto aduentu aduocati. Ac super mercatura ipsa communi qualiter faciendum esset. Et si ipse capitaneus Leopoliensis istud prohibere debeat, dignetur V. D. I-ma receptis super hoc consilys capitaneo Leopoliensi primum informacionem dirigere quam consulent domini ad premissa tandem etiam id Mti R. consilium illud suum ac dominorum innotescere.

1502 Decemb. 7. *Magistro Liuonie.*

Король вслѣдствіе посредничества короля венгерскаго и папы, вступаетъ въ мирные переговоры съ Московскимъ княземъ за себя и за магистра *). Приглашаетъ его прислать своихъ пословъ въ Москву; польскіе же и литовскіе послы уже въ Смоленскѣ (6 янв. или 7 апр., pro festo Epiphaniarum).

1502. *Legacio prelatorum et consiliariorum Regni Polonie ad consiliarios Magniducatus Moskouie* (f. 83). Ср. Акт. Зап. Рос. I стр. 275 и Сборн. Р. Ист. Общ. XXXV стр. 382.

Quamuis d-ni consiliary spirituales et seculares Regni Polonie post mortem divi olim Alberti Regis Polonie elegerunt pertinenter in Regem et d-num suum Ser-mum principem et d. d. Alexandrum etc..; cujus felicem electionem et imperium iam V-re D. intellexerunt ex legacione per nos principi V-ro perorata. Tamen d. Archiep-pi, epis-

*) Ср. Сборн. Рус. Ист. Общ. XXXV № 72 и 73 (стр. 361).

copi et ceteri spirituales et seculares consiliary Regni Polonie, domini et fratres seniores nostri commiserunt V-ris D-cionibus id referre specialiter, quod licet habuerunt alios principes eque divites et eandem et forsan maiorem iusticiam habent quod electi fuissent ad regnandum apud eos, prout Ser-mus d. Wladislaus Hungarie Rex qui primogeniture ius et Regna amplissima habuit et illustr-mus d. Sigismundus Slezie, Opauie, Maioris Glogouie etc. dux germanus eorum, cuius ducis Sigismundi ducatus ratione vicinitatis sunt cum Regno contigue ducatus sui perutiles fuissent Regno, Tamen quia d-ni fratres seniores nostri attendebant plus necessitatem christianitatis communem quam privatam, attendebant etiam hanc affinitatem et amiciciam, quam contraxit d-nus noster grac-mus cum illustr-mo d-no vestro que toti christianitati proficua esset si tam potentissimi consangvinei principes suas potencias contra paganos converterent, attendebant etiam antiquas inscripciones inter Regnum et Magnumducatum Lithuanie existentes in quibus utrisque dominiis unus dominus esse debet, Attendebant palatini Walachie consilium qui propter amiciciam hanc vestram et propter uniendas contra paganos ex his partibus potencias consuluit ita fieri Et non minus prefeferebant vestras dominaciones quia ex hac vicinitate que dominis polonis est vobiscum per medium Lithuanie, Iccirco d-ni fratres seniores nostri libenter habere vellent cum vestris d-cionibus fraternam vicinam amiciciam, conversacionem et intelligenciam, ipsi quidem ommissis omnibus ipsorum utilitatibus sed (directe) attendendo ea que exposuimus presertim vero propter rempublicam christianam ut haberent aditum ad reintegrandum amiciciam inter istos principes, nostrum d-num grac-sum et vestrum dominum utque conducere possent et Regni et istorum ducatuum dominia ac potencias ad bella contra paganos, Sic quoque ut ipsi domini fratres seniores nostri per vicinitatem Lithuanie eandem amiciciam et conversacionem haberent cum vestris d-cionibus quam cum d-nis Lithuanie fratribus suis et vestris vicinis habent (все это сообщается въ надеждѣ, что) ex hoc gaudium habebitis singulare, quoniam factum intelligitis ad honorem Dei ac ad honestatem et consolacionem illustrissime istius familie Moskouie et nacionis vestre. Сообщается о посредничествѣ венгерскаго короля и папы; весь христіанскій міръ удивляется враждѣ двухъ могущественныхъ державъ и родственныхъ государей; паны польскіе убѣждаютъ бояръ московскихъ, чтобы они habendo respectum primum ad rempublicam christianam, tandem ad vicinissimam amiciciam propter quam isti principes consangvinitatem inierunt et eam per matrimonium illustr-me

principis d. nostre d. Helene contaxerunt, nobiscum una consulant ut amicicia ipsa que maligni spiritus ductu impeditur, ne bella contra paganos gerantur, nobis mediantibus reconcilientur...

1502. *In consilio Lytuanie infrascripta puncta erant approbata* et data polonis et lytuanis *oratoribus in Moskouiam* (ibid. f. 84).

Isti articuli sunt inferius scripti:

Si dicetur quod pax teneri debuit ab utraque parte donec missi fuissent magni oratores Regum Ungarie et Polonie, hec res fuit immutata morte Regis Polonie Alberti, attamen Mozayski prius fecit excursionem in terras Lithuanie, postea vero Osstafey defendendo terras d-ni nostri inuasit, similiter terras Moskouie ducis. — Ad extremum non discendatur ab inscripcionibus ultimis et ita (sic) in federibus (hisdem) continetur fieri contendatur. Item si aliquid in parte voluerit restituere et non in toto, non suscipiatur sed inducie pacis ad tres annos fiant ut per annum consiliarii utriusque partis conueniant in finibus terrarum qui tentarent si possent certam pacem et finalem concordiam facere.— De ducibus qui a Rege defecerant si redire voluerint, suscipiantur siue in perpetua pace, siue sub induciis. Item si Magister Liuonie non mittet nuncios in Moskouiam, agendum nichilominus erit de pace iuxta informacionem, si mittet tunc cum eis pariter pax facienda erit siue perpetua, siue temporaria.

Articuli super legacionem ad ducem Moskowie (Тѣже, что сообщены московскому правительству и отпечатаны въ A. З. Р. I, № 200).

Instructio Orzechowski data ad suplementum Legacionis Ungariam scripte, ad d-nos Rozam archiep-pum et ceteros consiliarios Cracovie... existentes (in crastino Conuersionis S. Pauli apostoli) (ibid. f. 88).

... Nondum Mtas R. intellexit quibus condicionibus et quamdiu treuge pacis a Turco sunt allate ac qualiter ille imperator cupiat contra voluntatem regum vicinorum occupare Walachiam portum que terrestrem sibi aperiri ad (dominya) christiana Unde videretur Mti R. dicendum Hungarie Regi et forsan eciam d-nis hungaris qualiter prouidendum esset morte secuta palatini Walachie ut non occupet Turcus Walachiam, dum Firley venerit ad Mtem R. et lacius ea dicet que scienda sunt. Tandem R. Mtas per secretarium Buczaczki d-nis Ungariam ituris significabit quicquid significandum erit in ea re.

Itaque hac vice Orzechowski commissum est ut premissorum relacionem faciat dominis Cracis existentibus...

Legacio ad Noueciuitatis et Colensem conuenciones (f. 89 v).

Vre d-ciones intelligunt melius (quam) Mti R. constet cum nouiter solium paterni regni conscendit, que necessitas urget rempublicam regni, que insidie antique queque nouiter struuntur contra Regnum, sciunt eciam quibus remedys quibusque consilys impensis et celeritate prouidendum est, ne ad extremum destruamur, Ac ne regnum istud a paganis occupetur. Nam Sicut celeritate et non alienis conducticys sed propriis hostium viribus debellamur, Sic nos quoque sic preparari fartasse necesse est, ut celerius et meliori instituto semper occurramus hosti insidiisque imminentis. Quamobrem Mtas R. conuenciones instituit Pyotrkowie pro dominica Reminiscere [1] hic eciam Vris D. eam pro qua conuenistis et aliis terris alias terrestres. Nam etiam terris Maioris Polonie in Colo pro dominica Inuocavit [2] indicta est. Et quia consulendum erit de nouo defensionis modo et de ordine deque impensis quibus onera belli ferenda erunt, de auxiliis fratribus Lithuanis prestandis, de Prutenis qui forsan aliud cogittant quam deberent et presertim Mgr Prussie. Item de Turco a quo licet treuge habeantur, tamen tantum eis confidendum est, quantum annis preteritis sub illis faciebant. Item de Tartaris quos forsan studiose Turcus treuge non inscripsit cum quibus bellum est commune sicut expertum id habetur. Item de Walacho qui nouas contra Regnum fecit insidias et iacturas. Item de duce Conrado qualiter pacificando sit ne queratur, Ne relinquatur occasio hostibus Prutenis Imperiali Mti, Valachis, principibus generis qui omnes facere volen. contra Regnum confiderent in ducis illius assistencia, et timendum est ne offerantur ei contentaciones in Germania pro suis Mazouie terris. Item de castris in Russia Camyenyecz, Halicz et alys muniendis et seruandis, que iam prouentibus carent. Item de Ungaris quorum forsan suggestione Walachus aggreditur Regnum. Item de deportacione regnicolarum si illud silencio habendum sit. Item de dotibus quarum soluciones habere volunt principes generi. Item de statu Regis cuius Mtas non habet in possessione bona regni sic quod non potest sufficienter consulere defensioni, Immo difficile est ut consulat Mtas

---

[1] 2-е воскресеніе четыредесятницы. Въ 1503 г. Пасха была 16 апрѣля.

[2] 1-е воскресеніе четыредесятницы.

Sua unde victum habeat, unde curiam seruet, unde legaciones expediat, que omnia cum magno sumptu fiant.

Et de alys maximis negociis Regni que proponentur Pyotrkowie deliberandum erit Itaque Mtas R. rogat, hortatur et mandat ut tales et tot nuncios eligatis et mittatis ad conuenciones illas Colensem et tandem Pyotrkouiensem ituros qui facultatem haberent vestro nomine omnia faciendi que premissa concernunt queque per se essetis consulturi et decreturi.

Vulgaris ad idem ut super quia Lanczkoronski ydioma latinum ignoraret (f. 90).

...Thez o pany Wangri sansyady nasse ktorzy w kthorym są porozumyenyu s namy yego myloscz nyerozumye y owssem mnyma yego myloscz, yz w ych nadzeyą Walassyn thak wyssoko yesth smyal y podnyosl sya przeczyw Krolesthwu.

Rex Anglie scribit pro confederacione inter se et Ser-mos Hungarie et Polonie Reges (f. 92).

Вслѣдствіе посольства отъ короля Владислава венгерскаго съ приглашеніемъ къ союзу противъ Турокъ. Король Генрихъ отвѣчаетъ грамотою изъ Ричмонда отъ 30 мая 1502 г. о готовности своей вступить въ союзъ съ Польшею и Венгріею противъ Турокъ; отправляетъ посла своего vener. d. Ganfredum Blithe decanum Eboracensem.

1502 ноября 19. *Rex Hungarie scribit ad idem quod supra* (f. 92) Сообщаетъ, что въ отвѣтъ на посольства отправленныя къ разнымъ европейскимъ государямъ и въ томъ числѣ къ королю Англіи pro aliquo subsidio contra Turcos petendo, послѣдній прислалъ своего посла съ грамотою и cum certis articulis, которые онъ, Владиславъ, препровождаетъ на разсмотрѣніе Александра. Et quia in eisdem ipsis articulis aliqua visa sunt utriusque nostrum quodammodo duriuscula et difficilia, nec posse nos cum honestate et bona racione ad ea accedere, Iccirco illa in aliqua sui parte limitanda et modificanda statuimus, quosquidem articulos sic etiam per nos limitatos et modificatos Mti V-re similiter cum presentibus mittimus. Qualis autem sit ipsa limitacio Mtas Vra animaduertere velit. In primo nanque articulo circa pene calcem articuli cum cruce signati posuit illa Mtas his verbis prout in propriis suis articulis videbit ‹contra Turcos et alios quoscunque hostes presentes et futuros etc›. Ista verba sunt per nos reformata et transmutata positaque in hanc formam: ‹Contra Turcos et alios quoscunque hostes alieni parcium prius non confederatos,

vel sangvine aut affinitate non coniunctos, presentes et futuros etc». Quoniam cogittauimus posse fieri aliquem aut ex prius confederatis, aut consangvineis et affinibus nostris, illi hostem, contra quem non liceret nobis aut Mti Vre ut Suam Mtem iuuaremus, quia esset prius confederatus aut affinis noster, alias faceremus contra fidem et honestatem. Deinde quia sextus articulus ipsius d-ni regis Anglie continet Quod subditos rebelles, proditores et transfugas de crimine lese Mtis conuinctos et suspectos, neutra parcium in sua regna suscipiat, et quod tales ad requisicionem alterius partis infra unum mensem ad manus illius cuius fuerint illi rebelles, per alteram tradantur etc. Id quoque nobis et Mti Vre inconueniens visum est Quod vidzt si aliquis fortassis vel affinis vel confederatus noster ad regna et dominia nostra veniret et esset illi hostis, quod nos teneremur eum tradere ad manus Sue Mtis. Quapropter istud quoque articulum honestauimus et illos predictos affines et confederatos nostros excepimus... Ceteros articulos fere in nullo immutauimus quia videntur nobis bene admitti posse. Quia vero prefatus orator Anglie nullum penitus mandatum, nullamque facultatem habuit ipsos articulos immutandi seu variandi... Immo eciam litteras paratas sub sigillo et privilegio attulerat sub spe et confidencia, quod illos prout stabant in litteris, tam nos quam etiam Mtas Vra acceptaret et ratificaret... non putauimus esse opus ut eum hic diucis retineamus aut quod Mtem Vram prius, ipso hic existente, super his rebus consuleremus, sed limitatis et mitigatis... eisdem articulis, eundem remisimus, mitigatosque articulos litteris nostris inclusimus, significantes Mti Sue quod quamprimum per eandem certificabimur, eam illos iuxta nostram limitacionem acceptasse, nos una cum Mte Vra litteras in forma privilegii per proprium nostrum oratorem mittemus. Проситъ разсмотрѣть статьи, чтобы въ случаѣ согласія Генриха на предложенныя измѣненія, отправить ему трактатъ. Nobis nanque non est visum ut spontaneam illius Mtis nobiscum se coniungendi voluntatem spernamus, modo fiat id sub talibus condicionibus sub quibus id honeste facere possimus, certe illius amiciciam et condictionem libentissime amplectemur. Nichilominus tamen quicquid vel Mti Vre in his et circa articulos tam limitatos quam non limitatos visum fuerit eisdem bene ac explicato ut dici solet ingenio perlectis, Regamus faciat nos cerciores; de rebus Moldauiensi quid egerimus quantamque dilígenciam in illis fecimus et facimus quottidie ut bono modo sopirentur Mtas Vra ab Illustr-mo principe d-no duce Sigismundo fratre utrinque nostrum charissimo intelliget... Dat. Bude in festo Bte Elisabeth vidue A. D. 1502.

Capitula Ser-mi d-ni Regis Anglie (f. 93).

1503 (февраль). *Legacio ad convencionem generalem Piotrkowiensem* d-nis Iohanni Polak castellano Gneznensi et Nic. Ffirlei vexillifero Cracis commissa (f. 95).

... De Walacho licet tucius consuiendum erit dum Mtas R. huc feliciter veniet et habebuntur pacis Moskouitane seu auisamentorum a nuncys Moskouiam missis certitudines dum que alia per Mtem R. dicentur que ex parte Zawolhensis futura credenda erunt. Tamen videretur non ab re cum d-nis Ungaris specialiter paciscendum de Walacho saltem conseruando ut finaliter terram illam non possideat Turcus. Exinde veniendum erit ad restitucionem eorum que Walachus adimit Regno. Exinde eciam tractandum pro dampnis per eum illatis. Exinde faciliter omnis consultacio ad defensionem contra Tartaros Precopenses et alios ocultos Regni hostes.

Cum quibus Ungaris Mtas R. voluit rem agere per legacionis media ante dicte presentis tencionem. Король проситъ, чтобы паны обсудили этотъ вопросъ. Verum quia interim dum afferebantur Mti R. illa auisamenta de Cracouia quia d-ni aliter decreuerunt faciundum ad legacionem Ungarie, date erant Mti Sue littere Ser-morum d-norum Hungarie et Anglie regum, quandam tanquam generalem confederacionem atque ligam cum S. Mte et dominys Ser-tis Sue promouendo, quequidem confederacio siue Mti R. videtur esse perutilis ymmo maxime necessaria saltem contra ordinem Prussie, Contra quem ciuitates Hanse et (est) illi stagnales atque maritimi potentates non parum adiuuenti afferrent nobis, Afferret etiam tantum commodi et auxily Philipi Burgundi et palatini Reni copulacio ad euincendam Gedanens. libertatem. Препровождается проектъ трактата и испрашивается мнѣние пановъ.

Date eciam fuere littere antea ex parte eiusdem Ser-mi d-ni Hungarie regis pro parte Wratislawiens. civium transitum liberum habere volencium per terras regni versus Turciam, Tartariam, Moskouiam, Walachiam, quibus litteris Mtas R. respondit suspendendo decretum ad hanc dictam generalem. Iccirco Mtas R. defert ipsam rem ad deliberaciones d-nacionum vestrarum. Si tamen Wratislauienses mercabuntur libere in regno isto, mercatores Regni istius procul dubio decrescent, eciam ciuitates et opida et depositoria.... Ad eius rei consilium ac defensionem accersiendi fortasse essent Cracovienses, Leopolienses, Lublinenses et aliarum ciuitatum consules cum priuilegiorum copiis pro eorundem Wralislauiensium expedicione.

Dux Mazouie Conradus per nuncios et legaciones crebras pulsat Regiam celsitudinem eam petendo ut sibi reddat litteras ademptas

in Mazouia... Consuetuit exponere dux ipse primum beniuolenciam suam, tandem impensas pro honore Regni in Slesia cum diuo olim Kazimiro rege et in Walachiam ad votum olim Mtis fraterne Regie coronacionem que Mtis R. factas... Certum est quia et imperiales et cruciferorum aliorumque principum nuncy ad eum descendunt sui quoque nonnunquam ad illos vadunt, ymmo visi sunt apud eum extitisse imperiales nuncy qui Moskouiam petebant, quod fieri aliter non potuit, nisi in nocumentum regni.

Secreto dicendum: Insuper tentarunt aliqui principes Germani contentacionem illi dare in partibus Almanorum, illumque ad Imperium transferre et terras Mazouie... Imperio ascribere.

Quare legacio in Hungariam per Reg. Mtem decreta, hactenus remorata est, d-ni de loco Cracovia ad Mtem puncta infrascripta per d. Iacob. Buczaczky secretarium intimarunt (f. 99).

О полномъ безденежіи.

Item quomodo Mtas Sua de Anglie Regis desiderata confederatione concludere faciat eiuscemodi confederaciones Et si ad aliud utiles non sunt propter distancias Tamen nomen et famam celebriores apud illas naciones ubi ignoti sumus faciunt.

De oratore Turco cum treugis pacis futuro apud Ser. d-num Hungarie regem dicetis d-m principem Sigismundum nobis consuluisse ut nos ab eadem non separemus propter causas.

Reginalem Mtem dominam nostram illuc missuram et petituram d-m Hungarie regem ut nos in easdem treugas pacis simul secum includat presertim si ille orator Turcus nostris oratoribus non expectatis expediretur.

... De mandato oratoribus dando si ineunda e(st) de terra Walachie confederacio propter mortem ipsius Walachi et mandatum fiat sub sigillo magno.

De nuncys Mgri Prussie ad urbem profectis ac laboraturis pro absolucione juramenti perpetue pacis, Mtem Suam debere scribere Summo pontifici vel d-no ep-po Poznaniensi ut cum Summo pontifice de hac re conferat.

Просить короля, чтобы изыскалъ способы quomodo stipendary in Russia sint retinendi.

Просить короля прибыть на сеймъ въ Пётрковѣ, si comode potest sine discrimine istarum (литовскихъ) terrarum et cum consensu d-norum Lithuanie.

1503. Vilne. Generosus d. Nicolaus *Ffirlei* vexillifer Cracouiensis anno quosuper preterito *ad imperatorem Turcorum missus redeundo litteras Treugarum attulit* infrascriptas (f. 100).

Ср. Inventarium p. 144.

Отъ имени султана Баязета. Dat. Constantinopoli die 9 octobris A. D. 1502. Фирлей возвратился съ турецкимъ посломъ въ февралѣ 1503 г. (см. f. 100 v.). Вѣрительная грамота турецкому послу отъ 8 ноября 1502 г.

Reuersalis treuga per Mtem R. oratori turco data (f. 101).

Миръ заключенъ на пятилѣтній срокъ, считая съ 9 октября 1502 года. Dat. Vilne die Martis 21 (febr.) a. D. 1503.

Legacio d-no Iac. Buczaczky secretario ad conuencionem Piotrkouiensem ex Vilna commissa (1503) (f. 102).

Изъ Московіи никакихъ извѣстій о результатахъ мирныхъ переговоровъ.

De inferendis ad terras Russie nouis incolis. Propter depopulacionem terrarum Russie que non aliter possunt defendi tucius prompcius et cum maiori quiete utilitateque tocius Regni quam si ille terre per se sufficerentur ad defensionem non quidem ad inuasionem, Forsan racionabile esset ut queratur modus quo mediante ad terras depopulatas illas introducatur populus novus et ad incolendum et ad deffendendum. Si de Regno istud fieret, Vre d. hic deliberarent quibus modis homines regnicole et de nobilitate et de plebibus mittende illinc essent. (Указать какія de bonis mense regalis и пустопорожнія земли въ Руси могли бы быть даны этимъ переселенцамъ ad profectum et utilitatem perpetuam illorum).

Ad idem de extraneis vocandis. Si aliarum nacionum populus vocandus non omnino impossibile esset, ad illud solum pingue et feracissim. venturos homines. Qui steriles incolunt campos. Qui lucrorum gracia sunt inventissimi. Qui glorie cupiditate militiam profitentur. Qui pro Christi nomine libenter certant atque contendunt. Qui aliquantulum consuetudini nacionis nostre proximi essent.

Regiones sunt diuerse quos uorunt hy qui unquam orbem lustrarunt, In quibus proculdubio inuenerentur tales qui ad incolendum illa loca venirent. Ut sunt regiones et homines steriles et impeditos habentes campos in partibus Almanie inferioribus, quos sola industria nutrit, vestit et alit. Ut sunt communiter Almani lucrosi, inuentissimi et curiosi qui ad sortem pertentant quicquid offertur quod lucrum afferret. Ut Saxones et Cassubarum incultissimus populus, sed

robustus. Ut Bohemi qui scriptores militariores esse affirmant quam alias naciones qui propter mercandi honorem et gloriam cuius semper sunt cupidi non omnino illi novitati aduersarentur. Qui et rittus muttant communiter Ad locaque novorum rituum venirent et tanquam locis Slavonicis proueniarentur et tutarentur ea pretendunt (cum) se Slavonie nacionum precipuos et nobiliores esse. Ut Franci, Hyspani et Angli qui libenter pro Christi nomine certant Et licet sint isti remotissimi et consuetudine et natura differentes a nobis, tamen Angli non omnino differunt a nacionibus istis qui etiam libenter peregrinant et ad honorem Dei impendunt. Ut sunt alii Anglorum vicin pugnatores optimi et inopes Scotti qui leui sumptu persuaderentur primum pro bello contra paganos, tandem pro stipendio temporalii qualicunque leuissimo venturi.

Anglicana confederacio. Eciam si non accederet proposita Anglicana confederacio, placeret Mti R. ut orator... mitteretur in Angliam faceret inicium confederacio proposita, quam Mtas R. credit impossibilem eamque leuipendit ex eo quod ille Rex non zelo fidei defendende intimauit perscripsit que voluntatem suam, sed per Mtem R. Hungarie requisitus, Et dum ita est non faceret copulatus, nisi id quod sibi prodesset. Prout non descripsit qualiter ipse, qualiter illi reges duces prelati et potentatus preter Hispanie Francie et Portugalie et Napulie reges vellent facere auxilium istis regnis.

Et (cum) Francie, Hispanie, Portugalie et Napulie Reges facere possent non parum utilitatis nobis ex vi confederacionis huiusmodi, saltem naualibus consilys et auxilys, sed quia et illi inutiles essent, nisi Sedes Apostolica directrix fieret communis boni illius, Itaque et in illis regibus vis fere nulla esset sperandi auxilii absque Sedis Apostolice medio.

... Ex eo eciam Mtas R. non approbat Anglicanam confederacionem, quia Regnum illud consueuit forsan sediciosum esse Ratione vero sedicionis impeditum ad impendenda nobis auxilia Ymmo plus necessitans auxilys et fauore quantumcunque remotissimorum principum, ut non destruatur sedicionibus, ac ne in sedicionibus per Francie Regem occuperetur, qui per portum Cales commode illud inuaderet.

Non approbat etiam quia enumerat Rex infinitum numerum auxiliariorum fraternum Regum et non demonstrat quibus vys illi auxilium prebituri essent nobis.

Всѣ эти соображенія нужно сообщить королю Владиславу, а сверхъ того еще слѣдующія:

Item Gubernator et regnum Swecie al-is eorum amicicia est necessaria Mti R. contra Moskouiam, contra Prussiam et Liuoniam si Liuoniens. federa rumpent, Dacie autem rex ac eciam Rex Scocie quos includit Anglie rex, bellum gerant cum Swecia et Lubicens. civitate, cum Lubicen. civitati Gedanensis est colligata cum nonnullis alys civitatibus cum Lubek confederatis. Itaque forsan esse incompetens confederacio Anglicana ex ea racione.

Ad idem pro oratore Romam mittendo. Sed si ad profectum et Regni et tocius christianitatis faciendum istud esset cum Anglis, Mittendus esset nuncius Romam doctus atque disertus qui premissa ordinaret et impediret factiones ordinis Prussie, Ad effectumque confederacionis obtineret ad regna illa et regiones ut populus educeretur ex eis locandus in finibus Regni istius, ad bella cum paganis gerenda, Et alia faceret contra ordinem que in scripto darentur illi etc.

Pro terrarum Russie defensione prompciori. Communis nowa ad defensionem institucio.

De Walacho. Ad sistendam Walachi insolenciam R. Mtas persistit in decreto oratorum Hungariam per S. Mtem decretorum Rogat ut d. Vre limitent et moderentur legacionem illam. Haberent que ipsi oratores informacionem ad respondendum pro confederacione Anglicana.

Hungaria. Optime quoque consultum esset, ut si Mtas R. d-ni Hungarie regis pacem cum Turcis habere dignabitur, includeret etiam Mtem R. fraternam, Regnum Polonie et Lithuanie, qtinus et pax et bellum simul gerantur habeanturque cum Imperatore illo de istis et pro istis regnis fraternarum Mtum, quam rem d-ni oratores obseruare debeant et michi Mtas R. commisit singulariter memorandum.

Oratores in Hungariam. ... Optat ergo et hortatur, consulant d-ciones vestre quod egrediantur et obseruent ut oratoris Turci aduentum, qui dicitur Hungariam venturus, non negligant.

De stipendarys in Russia. Deputandi vicereges prout videbitur.

Mandatum in Hungariam. Mandatum sub sigillo maiori Regni consentit Mtas R. dari dominis Hungariam decretis si V-re D-ciones limitabunt, qualiter pro Walachia transigendum erit, quibus hic mittit Mtas S. exemplum litterarum condam inter hec Regna et Lithuaniam pro Walachia scriptarum, et si Vre D. in thezauro Regni eas aut alias istis similes viderint, tamen iste inuente sunt in domo et familia d-norum de Buczacz, visis ergo illis et alys antiquis inscripcionibus, informent d-ciones vestre d-nos oratores, qualiter pro Walachia acturi conclusurique erint, ex quo mandata habituri sunt.

Dux Conradus apud Mtem R. per Iacobum curiensem suum legacionem habuit infrascriptam (f. 111).

Item d. meus Rex gr-ssimus notificat pre-ti vestre, quia Imperator Tartarie de fossa per certos oratores (suo more) notabiles, fedus perpetuum cum Mte Regia eiusque dominiis habere vellet...

Sciat vero quod eiusdem Imperatoris nuncius leuis, me presente auditus, inter cetera referebat congregari Tartaros forsan Walachi qui clauculum, in potencia tamen non mediocri Regnum inuasuri essent. R. Mtas de illis subditos suos auisatos reddit.

1503, feria tercia Rogacionum *Wilne d. Erasmus prepositus Vilnensis Romam orator decernitur cum obediencia*, cui data sunt puncta infrascripta (f. 113).

... Ordo Prussie diversis cautelis rehabere nititur Prussiam, subditosque Mtis R. sibi allicit, oratores insignes ad Imperium et Romam direxit illa unica racione terrarum Prussie rehabendarum.— ... Magistri Livonie oratores secuti sunt illos alios Mgri Prussie oratores, qui Mgr Livonie, ut verissimile est, aut contra Lithuaniam aliquid moliri cupit, aut quia Mtas R. pacem decreuit cum duce Moskovie tractari, quam Mgr Livonie non approbat, Licet enim direxerit suos oratores cum R. Mtis oratoribus Moskouiam pro pace, tamen maluisset non intermisisse bellum, Sic veretur Mtas R. quod ipse etiam Livoniensis et Rome, et in Imperio auxilia queret, forsan simul et contra Mtem R. et contra Moscos.—Поэтому предполагается послать въ Римъ посла для улаженія прусскаго вопроса и полученія какой-либо помощи въ интересахъ Королевства и Руси [1].

... Tamen preter id et illa atendenda essent puncta pro nouis gentibus ad incolendum et defendendum Regnum deducendis sic, ut istud Scriptum continetur in legacione d-ni Buczaczki, que omnia facilius duci possent patrocinio Sedis Sancte accedente, que illis regibus et potentatibus, illarum que patriarum prelatis mandaret hortari christifideles, ut pro premio salutis perpetue et non minus pro temporali contentacione conferrent se incolatum ad fines Regni Polonie contra paganos pugnaturi...

---

[1] Сверхъ того предполагалось просить папу о переводѣ прусскаго ордена (ut translocaret in alias prouincias christianorum regum, remouereturque illud a Regno impedimentum perpetuum, quo obstante quociens Reges Polonie arma sumerent contra infideles, tociens cruciferi bellum Regno a tergis mouent et regnicolas a bellis contra paganos institutis communiter distrahunt. См. f. 123.

Предполагается просить объ уступкѣ извѣстноіі части сбора динаріевъ св. Петра и пошлинъ съ духовныхъ завѣщаніи на выкупъ плѣнныхъ у турокъ и на укрѣпленіе пограничныхъ крѣпостеи, и т. д.

Iterum committuntur puncta d-no Erasmo ad consiliarios Regni Polonie (f. 116).

Intimabit Mtas R. per litteras, tamen michi quoque commisit referendum Vris D., quia redierunt oratores ex Moskouia treugis ad sex annos confectis. Verum quia dux ille nichil redidit, Et insuper adjecte sunt condiciones quedam que in breui rescindent verissimiliter pacta treugarum, itaque Mtas R. *non confidat illi.* Unde prout per oratores et litteras suas pollicebatur Mtas Sua, licet voluerit redire ad Regnum, tamen timet eius Mtas se impediri ex parte illius hostis in Lithuania.—Quamobrem Ser-mo d. Hungarie Rege nuper scribente S-ti Sue de Walachie palatino sic ut videbunt d. v-re, quod tanquam speranda esset composicio per medium Ser-tis Sue futura cum palatino, Licet quoque Sue M-ti fraterne Mtas R. (responderit) sic, ut istud exemplum continet, tamen Vris D. (commisit) referri, quia eius Mtas (libens) videret ut bono ordine cum honestate Sue Mtis et Regni illa fieret composicio, nam timendum est quod Mtas R. impedietur ut non adeo tempestiue posset intendere *isti negocio Walachie* ut opus esset. Velint ergo dom-ciones V-re decernere et informacionem scribere, qualiter oratores in Hungaria debeant concludere negocium reuisionis illius, quam d. Hungarie Rex vult habere, si Bohemi censores esse debeant, vel quis alius, quo numero conueniendum erit, si hungari admittendi sunt ad tractatus illius reuisionis. Si aliter fieri non posset quod absque hungaris nollet palatinus se committere cognicioni bohemorum aut aliorum, quid faciendum, et si terminus ille pro Natiuitatis Marie[1] est competenter prefixus, de quibus d. v-re porrigant informacionem Suam d-no Archiepiscopo.

Item Mtas R. quos dominos decernet ad illam reuisionem ut Sua S-tas eos tempestiue institueret, vestre d. consulant. — Item eisdem ad reuisionem ituris, unde expense habende.

Sacre Mai-ti Regie Hungarie per Erasmum dicenda (f. 117).

...Quia V-re Mtis d-nus Sigismundus Zanthai sue quoque Ser-tis oratores redierunt ex Moskouia, Et licet pax fuerit ad certum tempus confecta, tamen tirannus ille una cum affine Walacho Tartaros et alios hostes paganos subordinant contra Mtem Suam. — Sic quoque

[1] 8 сентября.

uterque scismaticorum eorundem confederaciones cum paganis eisdem faciunt ut dominia paterna Mtum Vestrarum et presertim Lithuanie ducatum occuparent. — Unde est quod Tartarus omni tempore non cessat vastare regnum illud, Walachus Stephanus quid fecerit et modo faciat Vra Mtas alys intellexit. Moskovie dux per vim auri Tartaros semper dirigit contra Mtem R. Et insuper ipse principibus et regibus inferiorum parcium Germanie se connectit cum quibus Magr Prussie confederaciones habet, Sic negocia inuoluendo ut Magrum Prussie sibi in auxilium asciscat et Mtis V-re vires distrahat a defensione dominy Vre Mtis paterni Lithuanie.

Quapropter licet d. Sigismundus cum redierit referet Mti Vestre qua dux ille feritate innata negocia ducat, ac que spes fuerit pacis ex parte illius hostis, qui directe hostis communis censendus est, Nam auitos paternosque ducatus Lithuanie occupare contendit, Tamen per nos eciam Sua Mtas querimoniam simul quoque necessitatem Mti Vre fraterne Regie exponit eam rogando dignetur fraternis consiliis et auxiliis eam adiuuare.

Ne vero idemipse hostis per Prussiam aut Pruteni per Moskos insidias pararent Mti R. nouas illique Regno difficiles, legauit me eius Ser-tas ad pontificem summum cum obediencia prestanda, Ubi prestito sedisancte catholice profesionis debito supplicaturus sum Sanctitati Sue pro confirmanda pace perpetua cum Prutenis scripta et pro alys Sue Ser-ti Regie prestandis commodis.

Ad idem ut supra (f. 117 v.).

In altera audiencia dicendum et responsum afferendum Mti Regie Polonie:

Spectabilis Radul waywoda Transalpinus et (occon) vestre et illi fraterne Maiestatibus honesta, Scripsit litteras domino nostro Regi graciosissimi, rogando inter alia Mte R. scripta, ut eius serenitas preces suas fraternas ponet pro illo ad Mtem Vram Rgiam pro certis bonis auitis ac paternis in Regno Hungarie ad eum pertinentibus et forsan illa nominauit Amlas fogaras Ronde etc. Vestra tamen Mtas et prelati Hungarie Regni sciunt illorum denominaciones Quapropter quoniam palatinus ille offert se Mti Vre R. Regnoque Hungarie seruiturum fidelissime, Mti etiam R. domini nostri grac-ssimi Regis se commendat. Iccirco Mtas Sua pro eo peticiones porrigit Mti Vre dignetur palatinum illum in ipsius peticionibus consolatum efficere. Forsan dabit Deus optimus aliquam commoditatem quod ille aut proles sua seruata fide Mti Vstre et Regno suo merebitur illud cum gloria et profectu huius incliti Hungarie Regni. quidquid autem facere dig-

nabitur dignetur graciosum prebere responsum ut dominus noster Rex graciosissimus palatino illi respondere sciat, sic autem responderet libenter, ut ille fauori et munificencie Vre Regie Mtis plurimum confideret.

Salutem cum serviciorum promptitudine fideli famulatu Serenissime princeps et domine nobis gratiosissime. ea que per familiarem vestre Stis vidct Nicolaum [1] vexilliferum et capitaneum Cracouiensem nobis intimauit simul et scripta eiusdem Vre S. sane sat intelleximus. Nos autem quemadmodum fratri Vre Serenitatis vczt Iohanni Alberto condam Regi Polonie cum fidelitate et seruiciis fuimus, sicuti etiam Regi Hungarie domino Wladislao domino nostro grac-ssimo eodem modo Vre serenitati quoadusque Sp(irit)us regit artus nostros. Una cum toto Regno nostro fideliter seruire indesinenter volumus Quemadmodum autem idem condam frater Vre Serenitatis nobis graciosus fuit, sic et ab eadem expectamus, seruicia autem nostra si qua placuerint Vre S. in (ullo) nobis indulgere velitis. Nos enim sumus parati ad queuis seruicia eiusdem Vestre Ser-tis. Igitur notum sit Vre Ser-ti quod nos quasdam hereditales ab awo et protawo jureque protauico in Regno Hungarie habuimus vezt. Amlas et fogoras ronde nomine ducis vocauit ut pro nostris fidelis seruiciis idem charissimus frater Vre Serenitatis reddifacere velit et dignetur, ex quo siquidem ducatu Vris Stbus eo fidelius seruire possemus ceterum ex latore presencium V. S. lacius intelliget cui eadem fidem dignetur adhibere indubiam. valeat Vra S. per tempora longa, Regno que suo supersit felix ad vota. Ex Targauistia feria quarta ante festum S· Elisabeth[2]. An. Dni 1502.

Radul Dei gracia dux de amlas et
fogoras.....que transalpinensis.

1503. *Ex Moskovia relata Theodrici Notarÿ quando a Sigismundo hungaro oratore reuertebatur et afferebat salvumconductum oratoribus* (f. 125) Extr.

Dominica Circumcisionis [3] data est d. Sigismundo audiencia per ducem Moskowie, ubi per ipsum d. Sigismundum expeditis salutacionibus, d. Georgio interpretante, postquam peroracionem legacionum ventum est me Theodrico interpretante, Ipse dux cum diligencia

---

[1] Firley.

[2] Въ ноябрѣ?

[3] 1 января. См. Сб. Р. Ист. Об. XXXV № 73 стр. 341.

id quod ad pacem et concordiam videbatur pertinere audiebat. Quoniam autem tarde erat iussit sibi legaciones ipsas in scriptis dari. Dominus itaque Sigismundus papalem legacionem ipsi obtulit [1] Sed regalem secum non habuit, quam pro alio die policitus est perorare. Eodemque die prandio invitati sumus, quo pro more eorum satis honorifice tractati sumus. Postera autem die vocatus est d. Sigismundus ad perorandam Regie Hungarie legacionem Sed propter casum quem ipso die Circumcisionis subierat [2], solus ire non potuit, Sed legacionem ipsam d-m Georgium [3] et me [4] transmisit in scriptis, quam satis grate, nosque multo hilarius quam prius suscepit datisque ciphis [5] per Boyaros intimauit nobis ad omnia d. Sigismundo respondisse velle, tandemque nos ad hospicium remisit. Eodemque die notary ducis vidct Daniel Hitalus et Bohdie pro me miserunt ut ad tractandas legaciones in Castrum ad eorum hospicium veniam Quod et factum est et transpositum diligentissime, nullo articulo ommisso. Postea quoque alias in octaua Epitania vocati sumus ad principem, ubi d. Sigismundus oblatis muneribus dixit in latino hec verba. (Слѣдуетъ изложеніе вкратцѣ даннаго ему порученія и отвѣтъ великаго князя, также въ болѣе краткой формѣ, чѣмъ онъ изложенъ въ русскомъ отчетѣ. См. Сб. Р. И. Об. стр. 350 сл. и А. З. Р. стр. 258 [6]. Іоаннъ отвѣчалъ, что онъ какъ напередъ того за христіанство противъ поганства стоялъ, такъ и нынѣ стоитъ, и впередъ уповая на Бога хочетъ за христіанство противъ поганства стоять, какъ Богъ поможетъ, и проситъ у Бога того, чтобы далъ Богъ, христіанская рука высока была надъ

---

[1] Подалъ грамоту отъ папы Александра VI, вѣрющую грамоту короля Владислава и 2 грамоты кардинала-легата Регнуса и рѣчь говорилъ отъ папы. Переводы ихъ тамъ же, стр. 341 сл. и А. З. Рос. I, № 192, стр. 250 сл.

[2] И посолъ тоѣ ночи пьянъ розшибся, да за немочью съ королевыми рѣчми не былъ.

[3] Юрьи Аповской воеводка.

[4] Каплапъ Дитрикъ.

[5] «Посольство» короля Владислава см. въ Сб. Р. И. Об. стр. 347 сл. и А. З. Р. стр. 192. Цѣль отряженія противъ поганыхъ: имъ не токмо королевства и начальства Угорское, Польское, Литовское и Московское отъ нахожденій наихужшихъ врагъ креста Христова избавятся вѣчно, но такожъ и царства Греческаго пріобрѣтеніе будетъ; просьба короля—не запинать этого святаго отряженія враждою своею и бранью, кою Литвѣ понесе, дабы король польскій могь соединиться съ другими христіанскими государями ко отряженію святому, и створить иная, кая прочіи начальники христьянскіе за пріобрѣтеніе царства Константинополского и про защищеніе вѣры христьянскіе творити помышляютъ.

[6] Ср. также выписки Буссе изъ Литовской Метрики (ч. VI, л. 455 сл.) въ Моск. Рум. публ. библіотекѣ, стр. 256 сл.

поганствомъ; но затѣмъ перечислилъ неправды Александра противъ него, не дозволяющія ему примириться иначе, какъ по исправленіи ихъ).

Ad hec responsum est per d. Sigismundum (f. 126): De eclesia Vilne fabricanda nichil scio dicere quam illud non fui, Sed de eo quomodo sue I. d. pro sua connata consuetudine seruatur in legacione dixi ita (enim) commissum est per d. Kardinalem et per Regiam Mtem ut Suam Illust-mam d. vidissem et ad eam (enim) specialem a R. Mte habui legacionem. Ad cuius Reginalem Mtem dum legacionem ipsam perorare veni ad Castrum, sua tunc Mte in ecclesia Ruthenica existente ubi vidi et audivi in prefata ecclesia diuinum officium pro more grecorum cum tanta solennitate et campanarum pulsu celebrasse, quod nec hic vidi, nec audiui Tandem post divina sua Reginalis Mtas ad palacium iuit ipsam multi curiales qui secum fuerant in ecclesia precedebant Multeque domine et virgines sequebantur.

Рѣчь отъ имени Іоанна (Сборн. стр. 356 сл., А. З. Р. стр. 259 сл.).

Сантай отвѣчалъ, (f. 126 v. и 127) что онъ венгерецъ и что не его дѣло входить въ разсмотрѣніе взаимныхъ обидъ, а такъ какъ вел. князь согласенъ помириться, то слѣдуетъ пригласить польскаго короля прислать пословъ (А. З. Р. 263).

Отвѣтъ отъ вел. князя (А. З. Р. стр. 264).

Responsum ducis Russie d-no Sigismundo de ruteno in latinum translatum (А. З. Р. стр. 257 сл.) f. 127 сл.

Isti tractatus sunt Moskouie conscripti per notarium Gereczki, qui in aduentu oratorum dicti sunt per Sigismundum, oratorem hungarum coram duce Moskouie (f. 129).

Далѣе слѣдуютъ переговоры Зантая и польскихъ пословъ съ боярами, помѣщенные въ А. З. Р. на стр. 278—290.

1503. *Littere ad Reginum Cardinalem de latere legatum* (f. 135).

Rev-me in Christo pater... Postquam venerat ad nos egregius Sigismundus Zanthai, capitaneus aulicorum S. Mtis fraterne Regis Hungarie, Attulerat nobis a vestra paternitate consilia ad agendam causam nostram cum duce Moskouie necessaria, qua in re et si vestra paternitas officium suum facere visa est, non enim hoc bellum quod his superioribus annis gessimus et gerimus ad nos modo attinet, Verumeciam toti Christiane reipublice impendere, ipsamque vehementer urgere videtur cuius necessitatibus prospicere et opitulari, Vra p-rnitas in has oras a Sanctissimo d. nostro missa est, fuere tamen res ipse nobis pro hac singulari vestre paternitatis erga nos beniuolencia,

qua nobis et regnis nostris omnia ex ani(mi) nostri sentencia succedere optat, singulariter grate. Qualiter autem dux ipse Moskouie his ipsis in rebus se gesserit postquam iste ipse Sigismundus sacrosancte Sedisapostolice ac vestre p. mandata sibi exposuit, quid denique struat et moliatur contra nos facta pace et (quando) sit fides habenda homini plusquam punica perfidia predito, ex eo vestra paternitas cognoscet. Nos itaque V-re paternitati negocia et regna nostra nobiscum commendamus rogando summopere ne nobis apud Sedem ipsam Apostolicam totumque illius sancte Sedis collegium deesse velit, res que nostras promoueat, ne in tantis non modo nostris sed tocius christiane reipublice periculis, quibus undique ab infidelibus circumdati sumus, Sedes eadem destituat consilio et auxilio Apostolico. Nos vero omnibus modis vre p-ti referre graciam semper presto erimus, ubi cognouerimus qua parte in aliquo ei gratificari possimus... Dat. Wilne XXII Iunii, a. D. 1503.

1503. іюня 22. *Littere ad Ser-mum d. Hungarie regem* (f. 135).

Выраженіе благодарности за посольство Зантая въ Москву для мирнаго посредничества.

